



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio De Sacramento Extremæ vnctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

QVÆSTIO.

De Sacramento extrema
unctionis.

DVBIUM I.

Virum detur in Ecclesiâ Sacramentum
extreme unctionis?

I.

Hæreticorum
antiquorum,
& moder-
norum error.

D negant varij hæretici tam antiqui, quam recentiores, vt enim refert Aeneas Siluius lib. de origine Bohemorum cap. 35. Waldenses illud negarunt, similiter Albigenſes teſte Antonino 4. parte ſummarum titulo 11. cap. 7. §. 5. VVicleſſi, teſte VValdenſi tom. 2. de Sacramentis cap. 163. & plures alij, quos ſecuti ſunt hæretici noſtri temporis, Caluinus lib. 4. inſtitutionum cap. 19. §. 18. & ſequen-
tibus, Lutherus & alij citati à Bell. lib. de extre-
mâ unctione cap. 1.

Bellarm.

Veritas Ca-
tholica.
Florent.
Trident.

Sed certâ fide tenendum eſt extremam unctionem eſſe verum, & propriè dictum Sacramentum, definitur in Florent. decreto de Sacramentis, & in Trident. ſeſſ. 7. can. 1. de Sacramentis in genere, & ſeſſ. 14. can. 1. de extremâ unctione his verbis: Si quis dixerit extremam unctionem non eſſe verè & propriè Sacramentum à Chriſto Domino noſtra inſtitutum, & à beato Iacobo promulgatum, ſed ritum tantum acceptum à Patribus, aut ſignamentum humanum, anathema ſit. quibus verbis damnantur varij errores hæreticorum noſtri temporis, 1. quòd extrema unctione non ſit Sacramentum. 2. quòd non ſit inſtituta à Chriſto. 3. quòd ſit ſignamentum humanum.

Idem non obſcurè definitur can. 2. cùm dicitur anathema aſſerenti ſacram unctionem infirmorum non conferre gratiam, nec remittere peccata. idem docetur cap. 1. de extremâ unctione, eadem ſeſſ. 14.

Prob. 1. ex
ſcripto Iacobi
5.

Probat 1. ex ſcriptura Iacobi 5. inſirmatur quis in vobis & inducat præſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit inſirmum, & alienabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. hoc loco Apoſtolus deſcribit ritum & ceremoniam quandam externam, per quam gratia conferitur, & obtrinetur remiſſio peccatorum, eamque duraturam in Eccleſiâ, ergo deſcribit Sacramentum, antecedens patet, ponit actionem externam, nimirum unctionem, item formam, ſcilicet orationem fidei, ſeu quæ fide nobis inno-
teſcit. 3. ſubiectum, cui hæc debent adhiberi, nimirum inſirmum. 4. effectum, videlicet remiſſionem peccatorum, & alienationem, denique miniſtrum, ſcilicet præſbyterum. ita vt de nullo Sacramento in ſcripturâ habeamus teſtimonium, in quo tam minutim omnia explicantur, vt videatur Spiritus S. per Apoſtolum occuſſiſſe erroribus hæreticorum, etiam diu antequam orientur. nam quòd dicunt eo loco agi tantum de curatione corporum per miraculum, redarguitur, ex eo quòd Apoſtolus dicat inducendos præſbyteros, per quos intelliguntur ſacerdotes, cùm tamen non omnes ſacerdotes habeant gratiam curationum. 2. quòd illud donum neque tempore Apoſtolorum neque poſtea in Eccleſiâ fuerit ad ſolos ſacerdotes reſtri-

tum, cùm Apoſtoli Marci 6. curarent infirmitates antequam eſſent ſacerdotes, & multi alij in Eccleſiâ non ſacerdotes habuerint gratiam curationum. 3. curatio miraculoſa non eſt adeò frequens inter fideles, cùm tamen Apoſtolus agat de re frequen-
tandâ. 4. ibidem dicit: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. ex quo patet hanc ceremoniam poſſibilem di-
rigi ad medelam animæ, & operari remiſſionem peccatorum. Porro eo loco agi de ceremoniâ du-
raturâ in Eccleſiâ patebit paulo poſt ex doctrinâ Pontificum, & Patrum.

Eadem veritas à quibuſdam etiam probatur ex Marci 6. vbi dicitur, quòd Chriſtus Apoſtolos binos miſerit, & quòd vngerent oleo multos z-
gros, & ſanarent. Sed alijs probabilius videtur ibi non agi de hoc Sacramento, quod bene oſtendit Ruardus art. 12. & Bell. lib. citato cap. 2. 1. ibi ſolùm agitur de curatione corporali per donum miraculorum. 2. tunc Apoſtoli non erant ſacerdotes, cùm, vt conſtat ex Trid. fuerint creati ſacerdotes in vltimâ eam. non eſt etiam veriſimile omnes vnctos, & curatos fuiſſe baptizatos, vel etiam fuiſſe inſirmos in periculo vitæ conſtitutos, cùm ex doctrinâ Eccleſiæ conſtet nullum poſſe hoc Sacramentum recipere ante baptiſmum, neque illud poſſe miniſtrari ei, de cuius vitâ non timeatur. 3. ſolus ſacerdos poteſt illud valide miniſtrare, ex quibus conſtituit Apoſtolos apud Marcum non adminiſtraſſe hoc Sacramentum, cùm ex nullo principio cogamur aſſerere totum hunc ordinem ex diuinâ inſtitutione neceſſarium inuicem fuiſſe ex diuinâ diſpenſatione. Conſir. ex Trid. cap. 1. citato de extrema unctione, dicente hoc Sacramentum apud Marcum quidem inſinuat, per Iacobum autem Apoſtolum commentum, ac promulgatum. vbi indicat unctionem, de quâ Marci 6. fuiſſe figuram extremæ unctionis, per quam animæ ex hoc mundo deceſſuræ ſpiritalis medicina adhibetur. vnde quamvis non ſint perfectæ eadem unctiones, ea, de quâ Iacobus, cum ea, de quâ Marcus, illa tamen per hanc fuit figurata, & proinde eo modo poſſumus explicare aliquos, qui videntur indicare unctionem, de quâ Marcus, eſſe eandem cum illâ, de quâ Iacobus, poſſumus, inquam, dicere quòd voluerint eſſe eandem non re, ſed ſicut figura dicitur idem cum eo, quod repræſentat. eo ergo loco Marci prætermiſſo.

Probat 2. eadem veritas ex Innoc. 1. epiſt. 1. cap. 8. vbi docet id, quod ſcriptum eſt Iacobi 5. inſirmatur quis in vobis &c. de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt. docet 2. hanc unctionem fieri poſſe per Episcopum, cùm poſſit fieri per ſacerdotem. 3. iſtud poenitentibus fundi non poſſe, quia genus eſt Sacramenti: nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? quibus poſtremis verbis docet extremam unctionem eſſe Sacramentum, ſeu ſpecie Sacramenti, cùm Sacramentis propriè dictis coniungat, & neget debere conſorci publicæ poenitentibus ante reconciliationem, ſicut negantur cætera Sacramenta. Ex eadem epiſtolâ habemus Innocentium intellexiſſe verba S. Iacobi de ritu in Eccleſiâ perſeueraturo poſt Apoſtolorum tempora, cùm propter ea verba iudicet vnumquemque in ſua infirmitate inungi poſſe. habemus præterea, quòd idem Innocentius cenſeat ex eodem Apoſtoli teſtimonio haberi unctionem eſſe Sacramentum.

Ex quo manifeſtè reſellitur commentum hæreticorum

ticorum dicentium Innocentium primum hanc ceremoniam instituisse, cum & Decentius Episcopus eundem Pontificem consuluerit de ceremoniâ iam eo tempore frequentari solitâ, & idem supposuerit Innocentium, nec vllum sit vestigium institutionis per eundem Innocentium factæ. ex quo etiam constat extremam vñctionem multò minùs institutam fuisse à Felice 4. qui fuit Innocentio posterior.

Probatur 3. ex August. serm. 215. de tempore: quoties aliquis infirmus supervenerit, corpus & sanguinem Domini ille, qui egrotat, accipiat, & inde corpusculum suum unget, ut illud, quod scriptum est, impleatur in eo: infirmus quis in vobis? inducat presbyteros &c. quo loco August. expresse respicit ad cap. 5. Iacobi, eius sententiam intelligens de ceremoniâ suo tempore vñctâ, eamque coniungens Eucharistia.

Item ex Alcuino lib. de divinis officiis, cap. de infirmis, ubi extremam vñctionem reponit inter Sacramenta, & Amalario lib. 1. de officiis Ecclesiasticis, cap. 12.

Denique Concil. Trident. cap. 1. citato de extremâ vñctione, tradit Ecclesiam ex Apostolica traditione per manus acceptâ didicisse verbis Iacobi citatis doceri materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutis Sacramenti.

Porro hoc Sacramentum, sicut & cætera, fuisse immediatè à Christo institutum, ostensum est suprâ quæst. 64. art. 2. in dubio, & clarè patet ex can. 1. citato de hoc Sacramento.

Quo verò tempore fuerit à Christo institutum, non ita certum est: verius tamen videtur fuisse institutum post resurrectionem, Iohannis 20. quando Christus Dominus instituit Sacramentum penitentia, & Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus dedit potestatem remittendi peccata per Sacramentum, nam hoc Sacramentum est quodammodo penitentia complementum, quod cum illo Sacramento videtur institutum.

Petes, an hoc Sacramentum sit vñum?

Resp. affirmativè; quamvis enim non sit vñum per se, sicut composita naturalia, neque etiam sit vñum vñitate formæ, & materiæ strictè loquendo, cum, ut infra ostendetur, constet pluribus materiis, & formis partialibus saltem virtualiter; est tamen vñum perfectione, & aggregatione, quia singulæ materiæ, & formæ partiales morali modo coadunt ad vñum perfectum conflandum, & ad perfectè suum effectum significandum.

D V B I V M II.

Vtrum Sacramentum extremæ vñctionis sit ad salutem necessarium?

Concl. 1. I c o i. non esse necessarium necessitate mediæ. 1. constat ex Florent. decreto de Sacramentis, baptizatos, si moriantur, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum cælorum pervenire, quod etiam constat ex Trident. sess. 5. can. 5. igitur nihil aliud requirunt ad salutem necessarium necessitate mediæ 2. hoc Sacramentum non est necessarium necessitate mediæ ex solâ rei naturâ, etiam suppositâ eius institutione.

Probatur, per hoc Sacramentum confertur gratia sanctificans, conferuntur varia auxilia ad robur comparandum in extremâ luctâ contra insultus diaboli, 3. remittuntur peccata, non potest dici necessarium propter primum, cum gratia sanctificans aliis mediis comparetur, non etiam propter secundum, quia Deus ex infinitâ suâ bonitate solet etiam auxilia tribuere non recipienti Sacramentum, adde perpetuam amentem his auxiliis non indigere: non etiam propter tertium, quia potest aliquis esse sine omni peccatò. 2. homo baptizatus constitutus in mortali per se loquendo, tenetur confiteri, & si legitime accedat ad Sacramentum penitentia, acquirit remissionem peccati: si verò tantum habeat venialia, non habet opus Sacramento ad obtinendam eorum remissionem, ut constat ex communi doctrinâ.

Non est etiam necessarium ex Dei voluntate, quod partim ex dictis constat, partim ex eo quod Ecclesia nunquam talem Dei voluntatem agnovit, vel fidelibus proposuerit.

Dices, institutionem huius Sacramenti collegimus ex Ioan. 20. quorum remisistis &c. si ergo ex prædictis verbis colligitur necessitas mediæ respectu Sacramenti penitentia, ex iisdem colligi potest, & debet respectu extremæ vñctionis.

Resp. neg. consequentiam, quia Apostolus Iacobus satis declarat posteriora verba Ioan. non respicere hoc Sacramentum, quamvis per priora detur potestas sanctificandi etiam per illud, quod probabiliter tunc est institutum.

Dico 2. neque est necessarium necessitate præcepti, de diuino pater, quia neque ex loco Iacobi apparet vllum præceptum, neque Ecclesia nobis declarat eo loco vllum præceptum contineri.

De Ecclesiastico etiam constat, quia nullibi tale præceptum exstat, neque Episcopi vel pastores urgent receptionem huius Sacramenti, tanquam ex præcepto, neque Concilium Trident. vñquam tenuit indicat præceptum, cum tamen aliorum Sacramentorum, quæ sunt necessaria, satis distinctè explicet, & inculcet necessitatem.

Contra obijci potest quod lib. 20. de visitatione infirmorum, cap. 4. inter opera Aug. tomo 9. dicitur: nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum: infirmus quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesia.

Resp. præceptum ibi latius sumi pro admonitione, siue exhortatione rei institutæ pro membris Ecclesiæ, vel certè sententiam illius authoris qui alius est ab August. quoad eam partem non probari, cum repugnet communi sententiæ Ecclesiæ, & nullo nitatur solido fundamento.

Confirm. Trident. sess. 14. can. de extremâ vñctione solam adhortationem in verbis Iacobi agnoscit.

Ex dictis colligo, per se loquendo, seposito scandalo, & contemptu non esse peccatum saltem mortale hoc Sacramentum etiam datâ oportunitate non recipere, ratione tamen scandali posset esse graue peccatum, ut si aliquis diuturno graui morbo detentus non procuraret illud sibi ministrari in his regionibus, ubi non solet omitti, nec potest sine graui notâ, & suspitione quoddam mittatur ex contemptu, adde negligentiam hac in parte posse saltem facillimè esse venialem, eo quod homo non solum corpore, sed etiam spiritu debilis, & non valens ita pugnare in tam ansepiti & periculosa pugna voluntariè negligat subsidium sibi adeò vile, & aliquo modo necessarium.

II.
Per accidens
potest ex-
trema vñ-
ctio alicui
esse neces-
saria.

Aduerte etiam per accidens posse alicui esse ad salutem necessarium, vt si quis in mortale incidisset, & solum attritus de eo peccato non posset recipere Sacramentum poenitentiae, quia antequam in amentiam incidere, nullo signo ostendit se velle confiteri, nec aliud posset recipere Sacramentum, eo casu Sacramentum extremae vñctionis ei est ad salutem necessarium.

D V B I V M III.

Quæ sit materia huius Sacramenti?

12.

DVPLEX in hoc Sacramento inuenitur materia, remota & proxima, sicut in alijs Sacramentis, quæ in vsu materiae consistunt.

13.

Victoria num. 216. indicat materiam remotam non esse oleum oliuarum dicens: *sufficeret oleum nucum, nisi sit multum corruptum*; cumque non sit potior ratio olei nucum, quam alterius liquoris, qui aliqualem cum oleo habet similitudinem, ex eius sententia sequitur quemlibet huiusmodi liquorem esse materiam sufficientem. sed Doctores huic sententiae communiter repugnant. vnde Resp. &

Resp. Au-
gustin.
Florent.
Trident.

Dico, materia remota huius Sacramenti est oleum oliuarum, traditur in Florent. decreto de Sacramentis. in Trident. sess. 14. capit. 1. de extrema vñctione. patet ex Iacobi 5. *ungentes oleo*. ex Innocentio 1. epist. 14. cap. 8. ex capit. vnico §. 1. de sacra vñctione. quibus locis fit mentio olei pro Sacramento infirmorum, vsu autem Ecclesiastico oleum simpliciter positum sumitur pro oleo oliuarum, quod solum est verè oleum.

Porro Concilia tradere materiam necessariam, patet ex eo quod Florent. dicat materiam esse oleum oliuæ, quæ loquendi forma indicat requiri tanquam materiam necessariam ad valorem Sacramenti.

Confir. 1. in omnibus alijs Sacramentis agens de materia gradit materiam necessariam, ergo etiam in presenti, cum ne verbo quidem indicet solam precepti necessitatem.

Confir. 2. Trident. cap. citato docet ex traditione Apostolica haberi ex loco Iacobi 5. materiam, formam, ministerium, & effectum huius Sacramenti, quibus verbis satis declarat ex Apostolo haberi materiam necessariam huius Sacramenti, Apostolus autem, & Concilium ponunt oleum pro materia, ergo signum est illud esse materiam necessariam. fuit autem conuenienter assumptum oleum in materiam huius Sacramenti, quia lenit, & corroborat. & proinde optimè designat vim huius Sacramenti, quod nimirum per illud infirmus corroboretur, & morbi animi, immò & corporis (si ita expediat) leniantur.

Oleum oli-
uarum con-
uenienter est
assumptum
in materiã.

Quia verò oleum tactu sacramentali Christi non est sanctificatum, debet præuià benedictione sanctificari, vt patet ex locis citatis Florent. Trident. Innocentij 1. & de sacra vñctione.

14.

Dubium 1.

Victor.
Vinald.
Sa.

Dubitari verò potest 1. an hæc benedictio sit de necessitate materiae, & Sacramenti? negat Victor. supra, Vinaldus de extrema vñctione quæst. 10. Sa verbo, *extrema vñctio*, numer. 6. censentes solum requiri necessitate precepti, sequitur ex sententia Paludani relatâ quæst. 72. art. 3. dub. 1.

Communibus docent hanc benedictionem requiri necessitate Sacramenti, quod patet in simili de Confirmatione dub. citato, & videtur deduci ex Florent. docente materiam esse oleum oliuæ per Episcopum benedictum, Trident. tradente materiam esse oleum ab Episcopo benedictum, & Innocentio 1. loco citato docente hoc oleum chrisimatis ab Episcopo confici. quibus loquendi formis planè volunt designare conditionem ex parte materiae necessariam ad valorem Sacramenti, præsertim cum Trident. eo cap. non ponat quidquam aliud solâ precepti necessitate requisitum.

Aduerte quod licet benedictio ex parte materiae iure diuino requiratur: modus tamen benedictionis Ecclesiae sit relictus, qui proinde potest mutari, & fieri potest, vt benedictio vno tempore sufficiens, alio censeatur insufficientis.

Dubitatur 2. an hæc benedictio necessario fiat per Episcopum? negat Victoria supra, Valentia disp. 8. quæst. 1. puncto 2. §. *dicti ordinari*, Henriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. Vinaldus quæst. 12. quorum sententia est valde probabilis. nam vt refert Petrus Arcudius de concordia Ecclesiae Occidentalis & Orientalis in Sacramentorum administratione, lib. 5. cap. 2. Presbyteri in Ecclesia Orientali solent benedicere oleum Sacramenti extremae vñctionis idque ex antiqua consuetudine etiam ante schisma. non est autem existimandum totam illam Ecclesiam errasse in re tanti momenti. præsertim, cum ea in parte non notetur ab Ecclesia Latinâ, quin potius ille vsus ab ea approbatur. nam Clemens Octauus in sua instructione super ritibus Græcorum anno 1595. vltimo Augusti ita loquitur: *non sunt cogendi Presbyteri Græci præter chrisma ab Episcopis Latinis diæcesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsâ oleorum & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur seu benedicantur*, quibus verbis tacite permittit, vt Græci in suo ritu pergant, nimirum materiam consecrandi eo tempore, quo Sacramentum extremae vñctionis administrent, non verò necessario debeant vti oleo ab Episcopo benedicto in die Cænæ, vt faciunt Latini.

Ex quibus patet Presbyteros posse ex commissione Pontificis, & potestate extraordinaria benedicere oleum Sacramenti extremae vñctionis, & Innocentium primum, similiter & Concilia, quæ videntur aliud dicere, intelligi de potestate ordinaria, id est quod solis Episcopis ordinaria potestate vi suæ ordinationis competat benedicere oleum infirmorum, non verò alijs negare extraordinariam potestatem.

Dices 1. contrarium videri ex Flor. colligi. nam agens de ministro Confirmationis satis indicat Presbyterum posse illud Sacramentum ministrare ex commissione, & potestate extraordinaria, nihil autem simile insinuat de ministro consecrationis huius olei.

Resp. quamuis si aliunde non doceremur de contrario, inde solidum supereretur argumentum ad sentendum hanc benedictionem non posse Presbytero committi: ex ijs tamen quæ retulimus, sufficiens haberi fundamentum asserendi eam facultatem posse Presbytero committi, & explicandi Innocentium, & Florentinum de ministro ordinario consecrationis materiae extremae vñctionis.

Dices 2. quæst. 72. art. 3. dub. 2. censimus benedictionem chrisimatis, quod est materia Sacramenti Confirmationis.

Confirma-

Confirmationis, non posse Presbytero committi, non est autem, quod asseramus, potius hanc posse committi, quam illam.

Resp. negando posteriorem partem. quia pro benedictione olei infirmorum habemus veterem ritum Ecclesie Græcæ etiam referente Pontifice, habemus instructionem Pontificiam, nihil autem simile habemus, quo doceamur benedictionem chrismatis posse simplici Presbytero committi.

18. Aduerte 1. oleum debere singulis annis benedici in die Cœnæ cum solemnitatibus ex vsu Ecclesie ad id requisitis. videri potest Rituale Romanum de Sacramento extremæ vñtionis §. *habeat*. non potest benedici in Ecclesia interdicta, vel tempore interdicti localis generalis, singulis annis renouandum est veteri combusto.

19. Aduerte 2. si oleum benedictum intra annum ita deficiat, vt non videatur posse sufficere, neque possit haberi aliud benedictum, reparari posse superinfuso oleo non benedicto in minori quantitate, vt §. citato. videri etiam potest pastorale Leonis X. cap. 7. de extremâ vñtione, & cap. *quod in diujs*, de consecratione altaris. si nouum oleum benedictum haberi non potest, Sacramentum potest conferri in antiquo.

20. Dub. 3. num materia huius Sacramenti necessario sit simplex oleum? ita videtur dicendum ex Flor. Trid. & §. citato de sacrâ vñtione, ex altera tamen parte videtur esse chrisma, cum Innocentius, loco citato vocet oleum chrismatis.

Respon. questionem posse esse, spectatâ solâ institutione huius Sacramenti, vel spectatâ benedictione, quæ reipsâ adhibetur, vt materia huius Sacramenti legitime disponatur. si secundo modo spectetur, non potest esse chrisma, cum eâ benedictione, quæ ei adhibetur, sed simplex oleum benedictum in formâ consuetâ Ecclesie, quia, vt oleum stridonea materia huius Sacramenti, requirit benedictionem iuxta præscriptum Ecclesie pro hoc Sacramento, vt ex dictis patet; chrismatis autem benedictio non est benedictio præscripta pro materia huius Sacramenti. Si verò priori modo spectetur, constat etiam oleum simplex esse materiam huius Sacramenti, vt patet ex locis pro priori parte allatis, nec posse balsamum misceri sine peccato, vel sine peccato hoc Sacramentum ministrari in chrismate: si tamen balsamum mixtum non tollat naturam & speciem olei, sed remaneat communi vsu oleum, verius est posse esse sufficientem materiam huius Sacramenti, quod tenet Suarez tomo 4. disp. 40. sect. 1. num. 10. & 11. si videlicet adsit benedictio requisita pro materiâ huius Sacramenti. nec puto id negaturos eos, qui censent simplex oleum requiri: solum enim videntur velle hoc Sacramentum non posse valide conferri in chrismate propriâ suâ benedictione confecto, vel constituyente aliquod mixtum naturâ, & communi vsu distinctum ab oleo, quod est omnino verius, quia hoc mixtum non potest vocari simpliciter oleum, sicut Concilia vocant materiam huius Sacramenti. vt minimum Sacramentum redderetur dubium.

Nec repugnat Innocentius 1. quia per oleum chrismatis non intelligit chrisma secundum vulgarem acceptionem, sed solum significat oleum vñtionis; chrisma enim in genere significat vñtionem.

Quoad materiam proximam D. Th. in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 3. ad questionem 2. refert senten-

tiam asserentem oleum ipsum ab Episcopo benedictum esse hoc Sacramentum, quæ sententia omnino est reiicienda, cum ex eâ sequeretur simplicem sacerdotem non esse ministrum huius Sacramenti, quod repugnat Innocentio 1. Trid. citatis, & vsui Ecclesie. sequeretur etiam formam huius Sacramenti non esse illam vulgarem, per istam sanctam vñtionem &c. sed benedictionem Episcopalem olei. sequeretur 3. hoc Sacramentum esse extra vsum, quod falsum est, hoc reiecto.

Dico materiam proximam huius Sacramenti esse vñtionem, colligitur ex Iacobi §. *ungentes oleo*, & indicatur à Trid. supra, tradente oleum ab Episcopo benedictum esse materiam huius Sacramenti, quia vñtio aptissime Spiritus S. gratiam, quâ inuisibiliter anima aegrotantis inungitur, representat. quibus verbis ostendit ipsam olei applicationem esse materiam huius Sacramenti: quod ipsum potest confirmari ex forma, per istam sanctam vñtionem &c. vbi designatur vñtionem esse materiam proximam huius Sacramenti. denique Sacramenta, quæ consistunt in vsu alicuius materie externæ, habent pro materiâ proximâ applicationem rei externæ, per quam applicationem proximè designatur effectus Sacramenti, quod etiam docet Trid. supra.

Notandum 1. non esse de essentia huius vñtionis, vt fiat in formâ crucis, quod colligitur ex Trident. quod accurate explicans materiam huius Sacramenti nullam facit mentionem signi crucis. patet etiam ex formâ huius Sacramenti, per istam sanctam vñtionem, ad cuius veritatem sufficit quælibet vera, & propria vñtio, etiam si non fiat in modum crucis. vnde si minister vngens non formet crucem, Sacramentum ex eo capite ne quidem reddetur dubium; im. nò, seposito cõtemptu, vel scandalo, non est mortale, quia consuetudo formandi crucem non censetur tam grauiter obligare.

Adde rationabili de causâ posse omitti sine peccato etiam veniali, vt si aegrotus versetur in proximo mortis periculo, potest fieri simplex vñtio sine formâ crucis, vt Sacramentum citius, & & ceterius absoluitur, ne contingat illum mori, antequam omnes vñtiones absoluantur.

Notandum 2. vñtionem debere fieri iustâ quantitate, vt moraliter dici possit vñtio, quia si vnica guttula distillaretur, Sacramentum redderetur saltem dubium.

Notandum 3. non requiri, vt minister immediate manu tangat membrum aegroti, quod dicitur inungere, vt ex vsu Ecclesie satis constat: nam hoc Sacramentum per virgam conferri potest.

An plures vñtiones, & certo ordine requirantur ad essentiam huius Sacramenti, commodius infra tractabitur.

D V B I V M I V.

Quæ sit forma huius Sacramenti?

Respon. esse hanc: per istam sanctam vñtionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum &c. ita Flor. & Florent. insinuat Trid. supra.

Aduerte 1. non omnia verba esse de essentia, cum saluâ formæ substantiâ possit omitti particula, sanctam, prout omittitur in Pastoralis Leonis 10. cap. 2. de extremâ vñtione. similiter non videatur de substantiâ particula, & suam piissimam

Quædam
sententia
improbabilis.

22.

Conclus.
Auctoris.

Trident.

Ex causa
omitti po-
test signum
crucis sine
peccato.

23.
Vñtio fieri
debet iustâ
quantitate.

Florent.
Trident.

Valerij Re-
ginaldi
sententia
non proba-
tur.

25.

miseri cordiam, quæ sufficienter continetur in verbo, indulgeat. Reliqua quoad sensum sunt necessaria, immo verba relata non debent prætermitti, eod quod non sit omnino certum, utrum ad substantiam Sacramenti non requirantur. Valerius Reginaldus tomo 2. praxis fori penitentialis lib. 28. censet illas particulas, *per visum, per auditum &c.* non esse de essentiâ formæ, sed communiter tenetur contrarium, quod est verius.

Aduerte 2. saluâ substantiâ posse substitui verba æquipollentia, ut loco, *indulgeat*, posse dici: *condonet, remittat, ignoscat, parcat*, loco, *Dominus*, poni posse, *Deus*, loco, *peccasti*, posse dici *deliquisti*, ut ponitur in Rituali Romano, & Pastoralis Mechliniensis, posse etiam dici, *offendisti*, loco particula, *quidquid*, videri posse substitui particulam, *quod*, quia licet ex sua vi non sit signum distributivum, tamen quantum ad rem præsentem pertinet, reddit eundem sensum formalem.

Inuersio etiam alicuius dictionis non vitiat Sacramentum, modo relinquat eundem sensum. patet ex Rituali Romano, ubi forma ita ponitur: *per istam sanctam vñctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti*: vel, ut dicitur habere usus fratrum Minorum, *quidquid oculorum visio deliquisti*. videtur etiam forma posse subsistere si dicatur, *per istam sanctam vñctionem &c. indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum*; quia hoc modo sufficienter innotescit particulas, *vñctionem, & indulgeat*, referri ad singulas vñctiones.

Curandum tamen, ut seruentur verba vel Romani Ritualis, vel in vnaquaque Ecclesiâ usurpari solita, quia pro qualitate mutationis potest esse graue peccatum, & potissimum, quando ex substitutione dictionis Sacramentum redderetur dubium.

26.

Durand.
Palud.
Eftius.
Victor.
S. a.
Nauar.

Grauis in præsentis dubio est difficultas num forma necessario sit deprecatoria, an verò possit esse indicatiua? posterius censent Durand. dist. 23. quæst. 3. art. 3. Palud. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. Estius §. 10. Victor. num. 218. Sa verbo *extrema vñctio* num. 7. Nauar. cap. 22. num. 15. quæ sententia videtur probari, quia ex Iacobi 5. non potest colligi formam necessario esse deprecatiam.

Confir. 1. in alijs Sacramentis formæ sunt indicatiuæ.

Confir. 2. hoc Sacramentum non minus habet infallibilem effectum, quam cetera, qui melius designatur per indicatiuum; præterea dicitur tempore sancti Ambrosij in Mediolanensi Ecclesiâ hanc formam fuisse in usu, *ungo te oleo sanctificationis in nomine Patris & Filij & Spiritus S. ut more militis vñcti præparatus ad certamen aereas possis superare potestates*. vide Bonan. dist. citata 1. parte distinctionis art. 1. quæst. 4. similis forma dicitur esse in ordine Patriarchatus Veneti.

27.

Resolutio
Auctorit.
Formam
necessitate
Sacramenti
debere esse
deprecatori-
am.
Prob.

Sed verius est quod docent plures, non tantum ex necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti, formam debere esse deprecatiam.

Probat, forma initio relata est sufficiens & legitima, ut constat ex Flor. Trid. suprâ, & ex ipsâ praxi Ecclesiæ Romanæ, igitur nulla alia censenda est legitima, quæ sensu non conueniat; cum in Ecclesiâ non agnoscantur duæ formæ sensu differentes, & Christus non instituerit duas formas eiusdem Sacramenti, saltem id sine fundamento, & contra totius Ecclesiæ sensum assereretur; atqui forma à Flor. & Trid. posita est deprecatoria,

neque Concilia vilo modo indicant talem esse ex solo præcepto Ecclesiastico, ergo nulla forma, quæ non sit deprecatoria, sufficit.

Confir. si deprecatoria non esset à Christo instituta, Ecclesiâ non posset usum talis formæ præscribere, cum non possit aliam formam præscribere, quam à Christo acceperit.

Porro forma hæc optimè profertur deprecatiuè, quia hoc Sacramentum confertur infirmo, qui alieno auxilio indiget, quod ipsum significatur per Sacramentum, quod confertur quali petendo ab alio auxilium.

Ex his rationes in contrarium allatæ solui possunt. ad priorem

Resp. non esse necesse, ut ex Scripturâ colligamus formam quoad singula eius verba & modum enuntiandi, cum Spiritus S. non intenderit dicere Scripturam, per modum cuiusdam Ritualis, & satis constet formam Confirmationis, Penitentiae &c. non contineri totidem verbis in Scripturâ, imò nec antiqui Patres formas Sacramentorum solabant scriptis mandare, ut patet ex Innocentio 1. epist. citatâ cap. 3. & 8. & ex dictis de Sacramentis in genere. satis ergo nobis est quod Flor. & Trid. ponant formam deprecatiam, ut asseramus eam requiri ad valorem Sacramenti. adde verbum, *et*, apud Iacobum, melius aptari formæ deprecatoris quam indicatiuæ. ad primam confirmationem

Resp. neg. consequentiam, quia in ijs, quæ ab alterius voluntate pendent, non valet argumentum à simili, quando aliunde constat aliter esse statutum. potest tamen quedam dissimilitudo adferri, quod videlicet in hoc Sacramentum peculiariter representetur status ægroti non valentis sibi succurrere, sed indigentis alterius subsidio, à quo illud petitur, quod in alijs Sacramentis non certitur. ex quo patet responsio ad 2. confirmationem, quod videlicet suppositâ institutione propter dictam moralem conuenientiam forma sit deprecatoria, quamuis habeat infallibilem effectum.

Ad posteriorem rationem dico videri verius quod censent varij, scilicet verba relata non continere formam essentialem huius Sacramenti, sed fuisse præmissa ad explicandam actionem & intentionem ministris, deinde adhibitam fuisse formam saltem nostræ æquivalentem, quam etiam adhiberi in Patriarchatu Veneto verius est.

D V B I V M V.

Quis sit minister huius Sacramenti?

HÆRETICI negantes extremam vñctionem esse Sacramentum asserunt vñctionem, de qua Iacobi 5. non necessario ministrandam à sacerdotibus, quia loco citato habetur, *inducite presbyteros*, id est, seniores. Waldensis lib. 2. de Sacramentis cap. 163. sentit saltem in extremâ necessitate, quod non datur copia sacerdotis, hoc Sacramentum posse cõferri ab inferiore clerico, vel etiam laico. sed vtrumque est falsum. itaque Resp. &

Dico 1. nomen Presbyteri apud Iacobum sumi pro sacerdote. est de fide definitum in Trid. sess. 14. can. 4. de extrema vñctione. patet ex Innocentio 1. epist. citata cap. 8. qui inde docet Episcopum posse hoc Sacramentum ministrare, quia potest Presbyter: ex tota autem deductione Pontificis satis constat nomē Presbyteri significare sacerdotem. idem patet ex August. serm. 215 de tempore, tradente ex loco Iacobi vocandum Presbyterum, cum quis infir-

infirmatur. idem dicit author libelli de visitatione infirmorum apud Aug. lib. 2. cap. 4. Presbyter autem vsu scriptorum Ecclesiasticorum non est nomen gratis, sed dignitatis, & significat sacerdotem.

Confir. 1. gratia curationum, de qua heretici volunt intelligi prædictum locum Iacobi, non est alligata ætati, cum constet nec solos, nec omnes seniores habere gratiam curationum. non est ergo quod dicamus Presbyteros eo loco significare seniores, sed dicendum designare dignitatem, & certum ordinem in Ecclesia.

Confir. 2. Apostolus aptius dixisset inducat sanctos, & orent, cum sanctitas sit aptior conditio ad sanandum per gratiam curationum quam ætas.

Dico 2. sacerdos legitime ab Episcopo ordinatus est legitimus minister huius Sacramenti. patet ex Trid. & Innocentio 1. locis citatis.

Cum dico legitimum, intelligo sufficientem ad valorem Sacramenti. cum enim administratio huius Sacramenti non sit actus iurisdictionis, sed ordinis, quisquis ordine sacerdotij est insignitus, valide potest hoc Sacramentum conferre, siue conferat licite, siue non.

Dico 3. solus sacerdos est minister huius Sacramenti. definitur cap. 4. citato Trid. nam Concil. definiens proprium ministerium extremæ unctionis esse solum sacerdotem, excludit omnem alium.

Dices excludere pro casibus ordinarijs.

Resp. etiam pro quocumque casu, quia ita vult solum sacerdotem esse ministrum, ut si quis inferior teneat hoc Sacramentum ministrare, nihil sit facturus, igitur definitio debet intelligi in quolibet casu, alioquin esset falsa.

Probatur, iuxta sententiam Waldensis hoc Sacramentum valide conferatur à non sacerdote in necessitate, quando non est copia sacerdotis, potest etiam valide conferri, quando est copia sacerdotis, cum enim non sit intrinsecus actus iurisdictionis, quisquis villo casu potest valide conferre, potest omni.

Confir. responsio, simul & conclusio, Ecclesia nunquam agnouit duos ministros huius Sacramenti, vnum ordinarium, alterum extraordinarium, ergo nullo casu potest conferri à ministro extraordinario. adde si inferior posset in necessitate hoc Sacramentum ministrare, vel faceret potestatem sibi immediatè à Christo collatam, per quam sufficienter constitueretur potes exire in actum, quod est inauditum in Ecclesia, vel faceret ex commissione Pontificis, cuius commissionis nullum extat vestigium. ostendimus etiam quæst. 72. art. 11. dub. 2. Pontificem non posse committere non sacerdoti confectionem alicuius Sacramenti requirentis consecrationem in ministro.

Dices 1. Innocentius 1. cap. 8. citato ait; non solum sacerdotibus, sed omnibus veri Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungere.

Resp. particulam, inungendo, non sumi actiue, sed passiue, hoc sensu non solum sacerdotibus, sed etiam cuilibet licet hoc Sacramentum recipere. patet, quia illa parte Pontifex agit de ijs, quibus hoc Sacramentum potest ministrari, & paulo post agit de ministro, quem satis insinuat esse solum sacerdotem.

Dices 2. aliqui sancti non sacerdotes videntur hoc Sacramentum ministrasse.

Resp. neg. solum enim oleo verisimiliter à se benedicto per pias preces, morbos curabant.

Petes 1. an sacerdos ordinatus priori solum ordinatione valide possit hoc Sacramentum ministrare?

Resp. non posse. non potestate ordinaria, quia per priorem ordinationem nullam recipit potestatem ordinis in corpus Christi mysticum.

Confir. Trid. cap. 3. de extrema unctione sess. 14. docet ministrum huius Sacramenti esse Episcopum aut sacerdotem ritè ordinatum per impositionem manuum, quæ impositio non recipitur in priori ordinatione, ergo per priorè ordinationem nemo constituitur sufficiens minister huius Sacramenti. non etiam ex delegatione Pontificis, quia dubio citato quæst. 72. in fine ostendimus Pontificem non posse alicui non plenè sacerdoti committere confectionem Sacramenti, quod alioquin non potest absque huiusmodi deputatione valide conferre.

Petes 2. an ad hoc Sacramentum conferendum requirantur plures sacerdotes? ita enim videtur ex sententiâ Iacobi citatâ. Ex alterâ tamen parte facit quoddam exceptio matrimonio, vnius Sacramenti vnici sit minister, & ita quidem, ut non videantur plures posse concurrere.

Suppono in hoc Sacramento saltem communissimè plures unctiones cum suis formis adhiberi, nec posse, saltem communiter, sine graui peccato Sacramentum ex intentione perfici in vnica unctione. hoc præmissis.

Resp. 1. administratio huius Sacramenti per se non requirit plures ministros: patet ex praxi Ecclesiæ, & ex ratione allatâ pro hac parte, nec repugnat sententiâ Iacobi, quia plurale in ea est positum pro singulari per enallagen numeri.

Resp. 2. respectu vnici, & eiusdem unctionis cum sua formâ non possunt plures concurrere, vno vngente, altero formam proferente, & hoc sensu requiritur vnici minister, quia Sacramenta, quæ consistunt in vsu materiæ, ad sui valorem requirunt, ut forma proferatur ab eo, qui applicat materiam.

Dices id quidem requiri in ijs, in quibus forma designat hanc applicationem materiæ, fieri per eum, qui profert formam, cum id requiratur ad veritatem formæ; in hoc verò Sacramento formam futuram veram, licet alius vngat, ut patet, per ipsam sanctam unctionem &c.

Resp. etiam formam huius Sacramenti implicite designare actionem ministri formam proferentis, cum particula, per ipsam sanctam unctionem, non recitetur nudè speculatiue, & authoritatiue, implicite sed per modum ministerij eius, qui profert; unde designat ad sui veritatem requirit, ut qui profert formam, etiam vngat.

Resp. 3. hoc Sacramentum etiam quoad omnes unctiones, & formas eis respondentes non possit communiter à pluribus conferri, sed vnum, & eundem debere omnes unctiones perficere, & formas proferre. patet ex praxi Ecclesiæ, quæ videtur grauitè obligare.

Resp. tamen 4. non esse contra substantiam huius Sacramenti, quod plures illud ministrent, vno vngente oculos, & formam proferente, alio verò aures &c.

Probatur 1. si minister deficiat, antequam perfecerit omnes unctiones, potest alius succedere, qui solum perficiat unctiones prætermittas à priori, quod tenet D. Th. dist. 23. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. Durand. eadem dist. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. §. alius autem, & plures recentiores; ergo si- gnum est pluralitatem ministrorum modo expli-

cato

Resp.

Pontifex non potest alicui non plenè sacerdoti committere confectionem Sacramenti, quod alioquin non potest valide conferre sine illâ deputatione.

Petio 2.

Resp. 1.

Resp. 2.

37.

Obiectio.

Resp.

Etiâ for-

ma huius

Sacramenti

implicite

designat

actionem

ministri.

Resp. 3.

Resp. 4.

D. Thom.

Durand.

Sotus

D V B I V M VI.

De quibusdam circa ministrum huius
Sacramenti obseruandis?

CONSTAT hoc Sacramentum solum posse licite conferri à Pastore, vel eo, cui id commiserit. si alius extra casum necessitatis sine licentiâ saltem tacitâ Pastoris hoc Sacramentum contulerit, grauius peccat. vbi

Aduerte 1. Pastorem, qui possit, & debeat hoc Sacramentum ministrare, non tantum esse Pastorem domicilij, sed etiam habitationis, quia in ordine ad Eucharistiam singulis annis recipendam, vel viaticum, item extremam unctionem ratione habitationis aliquis contrahit parâciam, immò si quis ægrotat in transitu in aliquo loco, extrema unctio ei conferenda est à pastore loci, vel alio de eius licentiâ, nisi forte aliquis ordo, vel persona super eâ re privilegium habeat. quod dico, quia vanj ordines ea in parte habent privilegium, quisque sua debet consulere.

Aduerte 2. præter peccatum, quod incurrit is, qui ministrat hoc Sacramentum sine legitimâ facultate, religiosos præsumentes ministrare clericis, aut laicis sine Pastoris licentiâ, incurere excommunicationem Pape reseruata, Clementina 1. de privilegijs §. 1. vbi

Notandum 1. hanc excommunicationem non incurri ab eo, qui bonâ fide procedit, vel etiam ex ignorantia crassa, vel supina, quia can. requirit præsumptionem, ad quam non sufficit ignorantia etiam supina, quod non liceat ministrare hoc Sacramentum, sed requiritur scientia, vel saltem ignorantia affectata etiam ipsius legis, per quam fertur censura.

Notandum 2. religiosum sine facultate ministrantem hoc Sacramentum alteri religioso, non incidere in hanc excommunicationem, quia per clericos communiter intelliguntur clerici seculares.

Aduerte 3. religiosum in necessitate ministrantem hoc Sacramentum seculari etiam sine veniâ Pastoris neque peccare, neque excommunicationem incurere, vt si Pastor nolit alicui administrare extremam unctionem, neque alium ad id committere, potest eo inuito ministrari, quia Ecclesia censetur eo casu veniam tacite concedere, cum non videatur velle patrocinari malitiæ Pastoris, & propter eius culpam priuare infirmum tanto subsidio spirituali, & fortè interdum ad salutem necessario, vt patet ex dubio superiori.

Confir. quo casu hoc Sacramentum sit alicui ad salutem necessarium, charitas obligat simplicem sacerdotem ad illud ministrandum etiam inuito Pastore renuente ministrare, quo casu non videtur constituendus ordo inter religiosum, & sacerdotem secularem, vt sic religioso sit præferendus. videri potest Sotus dist. 23. quæst. 2. art. 1. §. vtrum autem sufficiat.

Aduerte 4. hoc Sacramentum non posse administrari tempore interdicti, nisi quis habeat privilegium, neque etiam à ministro excommunicato, vel interdicto, vel suspensio ab officio, aut ordine &c. nisi quatenus est toleratus, & saltem id tacite ab eo petitur.

Petes, num excommunicatus nominatim, vel etiam

cato non officere valori Sacramenti. 2. in hoc Sacramento sunt plures actiones, & formæ respondentes planè distinctæ, quæ possunt à pluribus cum legitimâ intentione fieri, neque ex vilo capite videtur posse solidè ostendi, quod non possint validè fieri in ratione Sacramenti, cum ex sensu Ecclesiæ potius contrarium colligatur, & veritas formæ unctionis oculorum solum requirat oculos inungi ab eo, qui formam profert: non repugnet etiam vnitas Sacramenti, quæ solum est cuiusdam aggregationis, seu ceremoniarum sacrarum cōuentium ad conflandum vnum signum perfectè significatiuum sanitatis spiritualis, quod signum optimè potest coalescere ex partialibus signis, quamuis singula à diuersis ponantur. neque etiam repugnet ordo unctionum, quia is non est de necessitate Sacramenti. denique non facillè possit assignari aliud caput, ex quo ostendatur vnitatem ministri necessariam esse ad substantiam huius Sacramenti.

Resp. 5. aliquando licite plures possunt concurrere ad confectionem huius Sacramenti. patet in casu primæ probationis superioris responsionis, quo casu Durand. dist. 23. quæst. citatâ in fine, Sotus art. citato §. aliud tamen, Henriquez lib. 3. cap. 12. num. 4. docent quod secundus sacerdos non deberet partem unctionis secundò inungere, quod indicat Sa verbo, extrema unctio num. 10. Nec solum in eo casu, sed etiam quando periculum esset, ne hoc Sacramentum relinqueretur imperfectum, eo quod ægrotus agat animam.

Obiectio 1. Dices 1. in eo casu id non videtur posse fieri sine peccato, cum hoc Sacramentum citissimè perfici possit quinque inungendo in capite, dicendo: per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quodquid deliquisti per visum, auditum, olfactum, gustum, tactum, immò secundum aliquos semel inungendo.

Resp. neg. assumptum: ad probationem dico, quidquid sit de eo discursu, certius est collatum à pluribus valere, quàm collatum prædicto modo, potissimum si vnica unctio adhibeatur, vt patet ex primo casu, in quo authores satis conueniunt, ergo minister non tenetur relictâ viâ certiore vti minus certâ, & præinde etiam eo casu plures ministri possunt licite concurrere.

Obiectio 2. Dices 2. in secundo casu nulla est necessitas huius concursus, seu quod plures hoc modo ex intentione, & proposito concurrant ad hoc Sacramentum ministrandum, cum illud non sit necessitatis, possitque aliquis sine eo saluari.

Resp. posse interdum maximam esse necessitatem, vt si quis inciderit in amentiam, qui ante eam peccauit mortaliter, cuius quidem habuit attritionem, non tamen perfectam contritionem, tamen cuius sit gratiam consecutus, nec petierit confiteri, & proinde non possit absolui, nō possit etiam illi præberi Eucharistia propter periculum vomitus, huic ita necessaria est extrema unctio, vt sine illâ sit in aeternum periturus, cum illâ saluandus, vt est omnino probabilius; ergo potest occurrere moralis necessitas adhibendi plures ministros huius Sacramenti. videri potest Ruardus art. 12. Sa supra num. 11. Suarez disp. 43. sect. 2. num. 8.

Ruard.
Sa.
Suar.

etiam suspensus possit in necessitate hoc Sacramentum ministrare. Suarez tom. 4. disput. 44. sect. 2. num. 6. ceteris excommunicatum non posse, posse vero suspensum, quia haec censura non priuat actu ordinis. verum id videtur minus solide dictum, quia vel suspensio est totalis, quam communi iudicio constat prohibere etiam exercitium ordinis; vel est partialis ab officio, vel ordine, quo casu etiam prohibet functionem ordinis, & administrationem Sacramentorum; vel est tantum a beneficio, vel iurisdictione, & eo casu etiam nominatim suspensus potest Sacramentum ministrare, quia suspensio a iurisdictione solum prohibet actus, qui sunt in fine actus iurisdictionis, ut excommunicare, non vero qui sunt solius ordinis, quamvis requirant in Pastore iurisdictionem, ut licet exercere. itaque

Resp. quo casu suspensus ab ordine potest hoc Sacramentum ministrare, posse etiam excommunicatum. unde dico si Sacramentum sit infirmo ad salutem extremam necessarium iuxta modum superioris dubio positum, desitque copia alterius sacerdotis, posse, immo debere Pastorem nominatim excommunicatum, vel suspensum ministrare, neque eo casu rigorem Ecclesiasticae censurae habere locum, cum ea, quae pro disciplina Ecclesiastica sunt instituta, non debeant vergeri in apertum detrimentum animarum.

Dico 1. si necessitas in eo solum consistat, quod homo sit decessurus sine hoc Sacramento, probabile est neutrum posse. de excommunicato censet Suarez supra, ostendimus autem eandem esse rationem suspensi ab ordine. ratio est quod censura Ecclesiastica eo casu vim suam possit retinere; id enim non excedit potestatem Ecclesiae, cum videamus eam tempore interdicti non permittere conferri extremam unctionem. Fortè tamen verius est, quod docent alij, scilicet licere etiam eo casu nominatim excommunicato hoc Sacramentum ministrare, licet non sit ad salutem necessarium (hoc enim supponimus in praesenti casu) est tamen maxime utile, & conducens ad remissionem venialium, & ad robur contra diabólicos insultus maxime necessarium, ergo Ecclesia, quae propter longè inferiorem utilitatem permittit commercium cum nominatim excommunicato, non censetur in nostro casu illud prohibere, & proinde licet Pastori in favorem alterius Sacramentum ministrare.

Constat ad aliquo modo potest reduci in necessitatem.

Ad rationem in contrarium allatam Resp. de interdicto expressè statui, in nostro autem casu potius deduci contrarium ex generali favore, & communi sententia Doctorum, qui tenet propter magnam aliquam utilitatem licere communicare etiam eum nominatim excommunicato.

Sed quid faciendum, si praeter Pastorem excommunicatum, vel suspensum sit sacerdos non valens alias hoc Sacramentum ministrare?

Resp. sacerdotem eo casu posse ministrare etiam sine licentia Pastoris. Pastor enim non videtur eo casu posse ministrare, quia respectu illius non est necessitas, cum ergo sit aliqua necessitas recipiendi Sacramentum, Ecclesia censetur eo casu concedere facultatem ministrandi. vide Silu. verbo unctio quaest. 4.

Dices, Pastor potest, & debet dare huiusmodi licentiam, ergo alter non potest ministrare, antequam saltem eam petierit. Aliqui censent etiam nominatim excommunicatum posse dare licentiam

ministrandi hoc Sacramentum. Palud. dist. 23. q. 2. in fine, Henriquez lib. 3. cap. 13. num. 3. Sa verbo extrema unctio num. 18. iuxta quorum sententiam optimè procedit argumentum, & dicendum eum ordinem servandum, ut prius petatur facultas. Sed probabilius videtur nominatim excommunicatum non posse huiusmodi facultatem concedere, quia delegatio potestatis ministrandi Sacramentum est actus iurisdictionis, quem nominatim excommunicatus non potest valide exercere. vide Suarem sect. citatam num. 5. Idem iudicium est de nominatim suspensio quoad iurisdictionem: quod addo, quia si suspensio sit tantum quoad actus ordinis, etiam nominatim suspensus, qui non potest per se hoc Sacramentum ministrare, potest alteri illud munus committere, cum possit licet exercere actus iurisdictionis.

Vnde cum per interdictum non impediatur iurisdictione, interdictus potest alteri committere administrationem huius Sacramenti etiam quo casu non potest ministrare.

Adverte 5. quod licet hoc Sacramentum communiter non sit necessitatis, nihilominus Pastor teneatur illud per se, vel per alium subito petenti ministrare, quia tenetur etiam vtilia salutis media communia a Christo instituta suis omnibus petentibus ministrare.

Difficultas est, num teneatur cum aperto vitae periculo? Resp. communiter non teneri, cum quia, per se loquendo, non est Sacramentum necessitatis, cum quia communiter praenunti soler confessio, quam si homo legitime instituat, consequetur gratiam iustificantiem. Accidere tamen potest casus, quo hoc Sacramentum sit homini ad salutem necessarium, de quo dubio superiori in eo Pastor, per se loquendo, tenetur etiam cum aperto mortis periculo Sacramentum ministrare, v.g. aliquis est infectus peste, qui antequam incideret in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem. Dico, per se loquendo, Pastorem teneri huic etiam cum aperto vitae periculo hoc Sacramentum ministrare, quia talis est in extrema necessitate, in qua charitas obligat, ut succurramus proximo etiam cum vitae corporalis detrimento, imò eo casu potest etiam nominatim excommunicatus, interdictus, suspensus, si non sit alius, qui possit, vel velit conferre.

Dices charitatem solum obligare, quando certum est quod poterimus efficaciter succurrere, in praesenti autem certum non est, cum non sit certum quod hoc Sacramentum consequatur suum effectum, si quis accedat cum solâ attritione etiam supernaturali.

Resp. esse longè probabilissimum quod ea dispositio sufficiat ad fructum huius Sacramenti obtinendum, quod videtur sufficere, ut homo teneatur vitam corporalem exponere, quando alioquin proximus est certo periturus. quamvis enim (ut ferè fit in rebus abditis & nondum ab Ecclesia planè determinatis) aliquis sentiret non sufficere attritionem etiam cum bonâ fide, cum tamen communis Doctorum sententia contrarium teneat, illa potest parere moralem certitudinem de sufficientiâ dispositionis, & de efficacîâ Sacramenti cum tali dispositione, & proinde potest esse moraliter certum, quod per hoc Sacramentum possit efficaciter succurri homini in extrema necessitate constituto, & per consequens charitas eo casu obligat, ut etiam cum vitae periculo hoc Sacramentum administretur. Si prudenter Pastor se gerat, periculum potest

euitari,

Palud.
Henriq.
Sa.

Resp.

Delegatio
potestatis
ministrandi
Sacramen-
ti est actus
iurisdictionis.

46.

Coroll.

47.

Difficultas.
Resolutio.

48.

Obiectio.

Resp.

Sacris sen-
tentia non
pactet.

Respons.
Auctoritas
magis.

Ad praes-
entem
quintum
sententia
magis
47.

45.

Obiectio.

Resolutio.

Obiectio.

44.

Petitio.

cuitati, si ager possit exponi, & hoc Sacramentum ministraretur aliqua longa virga (quod licet fieri potest) dirigaturque instrumentum per aliquem domesticum vt partes inungendae oleo tangerentur.

Dixi, *per se legendo*, quia si Pastor esset valde necessarius, ex cuius morte multis immineret periculum spirituale, non teneretur cum periculo vite illud ministrare, immo nec videretur posse, cum imminens graue malum spirituale communitatis, cui obligatur, praeponderet malo vnus, & magis obligetur ipsi communitati, quam singulis in particulari. vnde non potest cum graui communitatis detrimento priuatis consulere. v.g. in locis haereticis infectis vel vicinis haereticis, pro quibus vix possit vllus Pastor inueniri, saltem mediocriter idoneus Pastor, cuius vita est necessaria ad conferuandos subditos in fide, non potest cum aperto vite periculo Sacramentum extremæ vnctionis ministrare, etiam in casu supra posito.

49. Aduerte 6. ministrum huius Sacramenti debere nosse, num suscepturus Sacramentum sit legitime dispositus, communiter satis constat, cum huius Sacramento soleant praemitti confessio, & viaticum, si quis tamen non posset hac recipere, si quidem sciatur bene vixisse, nec vllum graue peccatum commississe, potest illi ministrari hoc Sacramentum, si tamen inciderit in mortale ante amentiam, non potest illi ministrari, nisi sciatur edidisse doloris signa, ex quibus saltem attritio praesumi possit.

Si quis inciderit in mortale ante amentiam, non potest ministrari nisi sciatur edidisse signa doloris.

Aduerte 7. ministrum debere seruare modum, & ritus in sua Diocesi adhiberi solitos, cum ornatu decenti praescripto, & praescriptis precibus, si periculum sit, ne praemissis ritibus accidentalibus ager moriatur antequam perficiantur vnctiones necessariae, omisso ceremonijs accidentalibus inchoandum est ab vnctionibus, & preces postmodum sunt legendae.

D V B I V M VII.

De subiecto capaci huius Sacramenti?

50. SUPPONO illud solis baptizatis posse valide conferri, cum baptizatus sit iuxta Sacramentorum hoc praemisso.

Conclus. 1.

Dico 1. solis infirmis potest valide conferri, patet ex Iacobi 5. *infirmatur quis in vobis*, quibus verbis secundum communem intellectum Ecclesiae Apostolus vult solos infirmos esse capaces huius Sacramenti, quod est institutum per modum medicinae.

Coroll.

Ex quo patet si quis tentet conferre hoc Sacramentum sano, cuius vita periclitetur, eum nihil effecturum, vt si quis inungat sanum mox afflicendum extremo supplicio, vel proficiscentem ad bellum, inuitum periculosum conflictum, instituentem periculosam navigationem, similiter mulierem, partui vicinam, quae non sit infirma. si in partu deficiat, potest illi ministrari, vt Vivaldus de extrema vnctione quaest. 24.

52.

Obiectio.

Dices hi sunt capaces alicuius effectus huius Sacramenti, nempe remissionis culpae, immo & auxiliorum, quibus non minus indigent, quam sani corpore; quidni ergo possit hoc Sacramentum eis ministrari?

Resp.

Resp. nobis innotescere ex praedicta sententia iuxta communem sensum Ecclesiae intellecta solum infirmum per intrinsecam corporis dispositionem esse capax huius Sacramenti, atque adeo

Christum pro solis infirmis illud instituisse. cuius congruentia est quod soluerit languorem, & indigentiam animi repraesentari per infirmitatem corporis, vt quis esset capax huius medicinae spiritualis: quam conditionem cum sanus non habeat, non potest per hoc medium acquirere remissionem peccatorum, & robur animi, sed per alia tum externa, tum interna.

Dubitari potest quantus debeat esse morbus.

Resp. in genere debere esse grauem, ex quo mors timeatur secutura. ita Flor. dicens: *hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timeatur, dari non debet*, & Trid. sess. 14. cap. 3. de extrema vnctione: *declaratur etiam esse hanc conditionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim, qui tam periculosè decumbunt, vt incerta vita constitui videantur*, quibus verbis secundum communem sensum Doctorum significatur hoc Sacramentum non posse sine graui peccato ministrari leuiter aegroto, de cuius morte non timeatur ex parte illius morbi, immo communis sententia censet Sacramentum futurum inualidum.

Sed difficultas est num subsistat, si morbus sit grauis iudicio medicorum, vel peritorum?

Resp. subsistere, quod indicat Trid. dicens: *illis vero praesertim* &c. quibus verbis indicat non solum valere Sacramentum, si detur agonizanti, sed etiam, quando morbus ad eum statum peruenit, vt de morte merito timeri possit vel dubium suboritur, quod in graui morbo contingit, quod etiam insinuat Flor. dicens: *infirmo, de cuius morte timeatur, neque tantum valide dari potest, sed etiam licite*, quia id insinuat modus loquendi Tridentini, quod non solum videtur declarare, quid valide, sed etiam quid licite, & honestè fieri possit. & certè multis de causis consultius est non expectare vltimum vite articulum, quia, qui ita differunt, sepe priuantur hoc Sacramento cum minori adificatione fidelium. 2. haec dilatio potest conferre infirmum, qui inde potest fumere argumentum, quod de sua vita sit conflatum. 3. qui in eo articulo Sacramentum suscipiunt, parum deuotione possunt adferre, cum tamen ex dispositione & deuotione recipiatis fructus huius Sacramenti multum possit accrescere. 4. hoc Sacramentum confert varia auxilia ad superandos demonis insultus. propter quae & similia laudabile est hoc Sacramentum recipere, dum viget ratio, vt cum ea reuerentia, & deuotione, quae par est, recipiatur; quae in re vituperandi sunt, qui timore aliquo humano differunt hoc Sacramentum libi, vel suis in morbo periculoso citò procurare.

Ex his deduco Sacramentum hoc dari posse grauius vulnerato, de cuius morte merito timeatur, etiam si ille statim sit extremo supplicio afflicendus, posse etiam dari morituro ex senio, quamuis non appareat alius morbus, quam naturae deficiencia, quae illum in morali periculo constituit. 3. posse dari infecto peste, in quo est consultum hoc Sacramentum conferre statim à principio morbi, quando de eo constat. cum enim pestis sit lethalis, statim à principio subiectum est capax huius Sacramenti; cum vero sit contagiosa, non oportet expectare aliquem terminum, ne conferatur cum maiori periculo corporali ministrantis, & ne forte in tantà illius morbi incertitudine infirmus moriatur, antequam muniatur tam salutari praesidio.

Aduerte quando dubitatur de vita, conferendum sub conditione. si suscipiens ante vnctiones perfectas moriatur, non est ulterius progrediendum.

Dico 2.

Conclus. 1.

Dico 2. nullus est capax huius Sacramenti ante usum rationis, & ita nihil sit, si conferatur puero nondum habenti rationis usum.

Prob.

Probatur, talis per intrinsecam dispositionem est incapax effectus proprii infallibilis huius Sacramenti, cum non possit peccare, nec possit vitam Christianam per propriam actionem instituere, non possit etiam roborari contra insultus diaboli; ergo est incapax Sacramenti, cum Sacramenta instituta ad varios fines particulares non possint valde recipi ab eo, qui est incapax finis, seu effectus particularis, ad quem Sacramentum ordinatur, ut facile patet in muliere, quae non potest valide Sacramentum Ordinis recipere, quia non est capax effectus illius, scilicet potestatis spiritualis, quae per Ordinem confertur.

Dixi, proprii effectus, quia, ut aliquis possit Sacramentum valide recipere, non sufficit quod sit capax gratiae, quae est communis effectus Sacramentorum, sed debet etiam esse capax proprii, quia gratia sanctificans solum datur in Sacramentis per respectum ad fines illorum particulares, cum ergo nullus proprius effectus extremae unctionis conferri possit nondum habenti usum rationis, neque ipsum Sacramentum valide potest conferri, dixi etiam, infallibilis, quia Sacramentum non potest conferri propter effectum, qui interdum ratione illius potest obtineri nulla certa lege infallibili.

Concl.

Ex quibus sequitur neque infantes ante rationis usum, neque perpetuo amentes posse valide hoc Sacramentum recipere.

Pueri tamen, qui sunt capaces confessionis instituendae & absolutionis, sunt capaces huius Sacramenti, quia sunt capaces effectus illius, immo licet potest eis conferri etiam si nondum soliti sint communicare. unde pastores possunt talibus hoc Sacramentum praebere, quia non habet talem cum Eucharistia connexionem, ut haec necessario debeat praecedere. 2. quia pastores debent inuigilare, ut ij, qui digni sunt absolutione, & per usum rationis possunt confiteri & discernere aliquo modo peccata, in eo articulo recipiant Eucharistiam, quamvis enim extra mortis articulum quando expectatur perfectior usus rationis, propter reuerentiam Sacramenti, ut scilicet cum maiori deuotione suscipiatur, differatur aliquandiu administratio Eucharistiae, quando tamen non expectatur perfectior usus, potest administrari ei, qui potest confessionem instituere, & per consequens pastores debent Eucharistiam administrare; ergo ex eo capite non possunt extremam unctionem negligere, sed potius debent parentes inducere, ut hoc Sacramentum suis prolibus procurent. idque est conforme rituali Romano dicenti debere praebere infirmis, qui peruenerunt ad usum rationis, nulla facta mentione, num aliquando communicauerint. Aliqui tamen teste Nauar. cap. 22. num. 13. requirunt annos pubertatis, sed quod diximus est verius.

Dixi, neque perpetuo amentes, quia qui rationis usum aliquando habuerunt, sunt capaces huius Sacramenti, potestque illis praebere in amentia: quamvis enim non possint recipere auxilia ad robur animi contra diabolicos insultus comparandum, possunt tamen consequi peccatorum remissionem, & sanitatem spiritualem, quae est vnus ex primariis effectibus huius Sacramenti. occurrendum vero indecentiae, si quae timeatur.

Aduerte, ut licet eis conferatur requiri, ut saltem interpretatiue censeantur illud petisse, ad quod sufficit vita laudabiliter acta, dum vterentur ratione: nam Christiani pie viuendo censeantur interpretatiue velle communia salutis media recipere, quod si ante amentiam fuerint in manifesto peccato mortali, non potest illis ministrari, nisi saltem constet de signis doloris; quo casu potest, & debet conferri, cum ex hypothesi Sacramentum sit illis ad salutem necessarium, & sint legitime dispositi ad eius effectum recipiendum.

Dubium est, num, ut aliquis sit capax huius Sacramenti, requiratur ut actu peccauerit? id enim videtur necessarium, cum beatus Iacobus dicat: *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* & Trident. proemio de hoc Sacramento doceat esse consummationem poenitentiae. & ita censet Victor. de extrema unctione num. 222. insinuat Scotus dist. 23. sub medium.

Sed contraria sententia est probabilior, quam tenent varij, scilicet sufficere quod vrens ratione per intrinsecam dispositionem peccare possit, & possit per gratias praeventientes muniri, & firmari contra diabolicos insultus, cum talis sit capax proprii effectus huius Sacramenti. pro quo

Notandum hoc Sacramentum habere duplicem proprium, & infallibilem effectum; vnus est auxilia, quibus homo potest in illa extrema lucta corroborari, alter est remissio peccati, ita ut hi effectus sint disparati, & vnus ab altero non dependeat, possitque vnus conferri ei, qui non sit alterum recepturus. quisquis autem est capax alterutrius, est capax Sacramenti. cum ergo is, qui nunquam peccauit, potest tamen peccare per intrinsecam dispositionem, possit recipere auxilia, quibus possit corroborari, potest hoc Sacramentum recipere.

Confirm. qui peccauit saltem venialiter, & antequam reciperet hoc Sacramentum incidit in amentiam, omnium sententia est capax huius Sacramenti, & tamen non est capax omnis effectus infallibilis, ergo qui est capax auxiliorum est capax Sacramenti, quamvis propter defectum peccati non sit capax alterius effectus.

Ex his patet solutio prioris rationis. quibus addi potest, quod satis pateat ex Apostolo remissionem non esse effectum absolute promissum, sed solum sub conditione, sub qua etiam intelligitur, quod dicitur in forma: *Indulgeat tibi Deus &c.* unde forma non est falsa, si forte nullum peccatum remittendum inueniatur.

Confirm. simul responsio & resolutio. cum ex usu fidelium huic Sacramento soleat praemitti confessio, & communio, fieri potest, ut quis hoc Sacramentum recipiat, qui nullum habeat peccatum remittendum, immo qui nec poenam debitam: sufficit ergo ad valorem Sacramenti si sit capax corroboratoris spiritualis, & receptionis variorum auxiliorum.

Ad secundam Resp. Concil. nolle id ad substantiam Sacramenti extremae unctionis esse necessarium, sed tantum, quod etiam ad hunc finem conducatur hoc Sacramentum in homine obnoxio peccatis, possitque esse reipsa consummationem poenitentiae.

Ex quibus deducitur beatam Virginem fuisse capacem huius Sacramenti, quia quantum fuit ex interiori dispositione, & usu rationis, potuit peccare, potuit etiam pati insultus diaboli, contra quos potuit armari per specialia auxilia.

59.

Christiana pie viuendo censeantur interpretatiue velle communia salutis media recipere, quod si ante amentiam fuerint in manifesto peccato mortali, non potest illis ministrari, nisi saltem constet de signis doloris; quo casu potest, & debet conferri, cum ex hypothesi Sacramentum sit illis ad salutem necessarium, & sint legitime dispositi ad eius effectum recipiendum.

60.

Dubium. Affirmant quidam. vident.

Victor.

Negatiua videtur videntur.

61.

Duplex huius Sacramenti effectus proprius, & infallibilis.

62.

Soluntur argumenta contraria.

63.

Coroll.

Z z z

Si quis

Si quis immediate post baptismum incidat in amentiam, saluo meliori iudicio non videtur capax huius Sacramenti, quia nullius effectus propriè Sacramenti est capax. nam, vt supponitur, non potest recipere auxilia actualia, cum nō vtatur ratione, neque etiam potest consequi remissionem peccati, vt pote deleri per baptismum.

Confir. qui censent non requiri actuale peccatum, vt aliquis sit capax huius Sacramenti, agunt de homine vtente ratione & valente recipere auxilia corroborantia, atque ita censent, quia capax est vñus effectus, ita vt tacitè sentiant, incapacem vtriusque proprii effectus eo ipso esse incapacem Sacramenti.

Dices talem posse recipere gratiam sanatiuam, id est, quæ ex se est sanatiua peccati.

Resp. hanc considerationem non sufficere, si nec reipsa sanet, nec coniuncta habeat auxilia in subiecto legitimè disposito: si enim effectus Sacramenti non potest inueniri in subiecto non impediēte per suam culpam, vel indispositionem, neque potest ipsum Sacramentum inueniri, neque gratia habitualis eo casu dici potest propria Sacramenti, cum effectui particulari Sacramenti coniungi non possit.

Petes, an hoc Sacramentum sepius possit recipi.

Resp. posse: patet 1. ex praxi fidelium. 2. ex eo quod non imprimat characterem. 3. ex eo quod conferatur per modum medicinæ spiritualis, medicina verò potest iterari. vide Trident. cap. 3. de extremâ vñctione.

Porrò non tantùm in diuersis morbis, sed etiam in eodem diuturniore, si morbi status mutetur, vt si postquam inunctus, qui mortis periculum euaserat, in idem rursus incidat, potest secūdò inungi, vt communiter Doctores. quia potest de nouo roborari contra diabolicos insultus, & preparari ad egressum ex hac vitâ, & ad ingressum cælestem.

Confir. verius est auxilia, quæ conceduntur ratione huius Sacramenti, solum concedi pro eo tempore, quo perseverat vis morbi, & infirmitas corporis requirentis huiusmodi auxilia, atque adeo quamdiu durat necessitas, propter quam extrema vñctio est collata. vnde vi morbi se remittente homini extra periculum constituto nulla auxilia debentur virtute præcedētis Sacramenti; ergo, si rursus incidat in simile periculum, antequam sit plenè restitutus sanitati, potest rursus ad pugnam armari.

Dubitari potest, num in simili circumstantiâ is, qui inunctus est in amentia, in quâ permanet, possit secūdò inungi?

Resp. non videri, quia pro secūdâ vice est incapax omnis effectus huius Sacramenti, cum nec possit recipere auxilia, vt patet, nec peccati remissionem: quod probatur, quia vel peccata per priorē vñctionem sunt remissa, vel non sunt remissa; si prius dicatur, non potest per secūdâ vñctionem recipere remissionem peccati: si dicatur posterius, cum non adferat nouam dispositionem, non poterit etiam per subsequētē vñctionem cōsequi remissionem peccatorum. vnde secūdum posteriorem viam conferetur saltem illicitè, secūdum verò priorem etiam inualidè, iuxta paulò antè dicta.

Dices 1. argumētum solum ostendit eo casu non conferendum effectum, non verò Sacramentum futurum inualidum, cum possit dari in forme.

Resp. 1. saltem haberi, non posse conferri, quia Sacramentum sine graui peccato conferri non potest, quando scitur non habiturum effectum.

Resp. 2. ex argumento facto pro priori parte se-

qui etiam futurum inualidum, quia, vt ostensum est, si homo per suum statum non est capax vñus effectus Sacramenti, neque est capax ipsius Sacramenti, siue ante fuerit capax, siue non.

Dices 2. videri capacem, potest enim sapius recipere remissionem peccati per Sacramentū, vt patet in Pœnitentiâ, in quâ homo potest secūdò, & tertio idem peccatum confiteri, & ab eo absolui.

Resp. neg. assumptum, ad probationem dico non esse simile in Pœnitentiâ, & hoc Sacramento: nam Sacramentum pœnitentiæ remittit peccatum per modum iudicii, cuius natura permittit, vt idē possit sapius subiici sententiâ iudicis, & sapius absolui; hoc verò Sacramentum tollit peccatum per modum medicinæ conferentis sanitatem, non potest autem conferri sanitas, quando nullus morbus affligit. cum ergo per priorem administrationem Sacramenti morbus sit sublatu, non potest auferri per secūdâ, & proinde gratia, quæ per secūdâ videretur conferri, non posset habere rationem gratiæ sanatiuæ, & propriæ huius Sacramenti.

Dices 3. potest acquirere remissionem peccati, quæ est effectus huius Sacramenti, quamque non est verisimile totam condonari per receptionem quamlibet extremæ vñctionis.

Resp. remissionem peccati esse nimis secundarium effectum, ratione cuius communissimè aliquis non est capax Sacramenti, qui alterius effectus non sit capax, quia nulla Sacramenta per se sunt instituta ad remissionem peccati vt ad effectum proprium, & proinde ex hoc solo capite nō potest aliquis esse capax extremæ vñctionis, qui sit incapax alterius effectus.

D V B I V M VIII.

De partibus corporis quæ inungi debent.

Vt omnium Ecclesiarum vnguntur organa quinquē sensuum. præterea in quibusdam Ecclesiis aliæ vñctiones adhibentur. nam in aliquibus vnguntur renes, & pedes, in aliis caput, pectus, scapula, pedes, in aliis pectus & pedes, vnde vñctio sequēdus est mos in suâ Ecclesiâ receptus. vbi

Notandum honestatem postulare, vt inunctio renum prætermittatur in mulieribus: prætermittatur etiam potest in viris, quando infirmus commodè moueri non potest, quo casu nec in mulieribus, nec in viris debet substitui vñctio alterius partis.

Aduerte 1. cum organum alicuius sensus sit duplex, vtrumque inungendum, non quidem necessitate Sacramenti, sed ex consuetudine. in casu necessitatis, quando est periculum quod Sacramentum perfici non possit, vñctum inungi potest. extra necessitatem graue est peccatum prætermittere vñctionem vñus organi. quando verò vtrumque inungitur, minister ita debet verba formæ temperare, vt non prius formam absoluat, quàm inunxit vtrumque organum.

Aduerte 2. quamuis sensus tactus sit diffusus per totū corpus, nihilominus manus solere inungi, vt pote communissimum organum tactus, nec possunt extra casum necessitatis omitti sine graui peccato: earū tamen vñctio non est essentialis huic Sacramento, sed illud subsistet, si alia pars corporis pro sensu tactus inungatur: immò in periculo ne hoc Sacramentum non perficiatur, hæc vñctio potest in capite cum aliis fieri. quando hoc Sacramentum præbetur sacerdotibus, manus sunt exterius inungendæ, iuxta rituale Romanum, quamuis aliquæ Ecclesiæ interius inungant.

Aduerte 3. deficiente organo alicuius sensus lo-

cum

cum organi esse inungendum, quod etiam fieri debet, quamvis homo tale organum nunquam habuerit, & proinde nunquam exterius per illud peccauerit, quia potuit peccare desiderio actus illius sensus, quod si membro sit mutilatus, inungenda est pars vicina loco organi sub eadem verborum formâ.

Aduerte 4. non esse de necessitate Sacramenti, vt certus ordo vñctionum seruetur, v. g. prius vngantur oculi quam nares, quia nullâ ratione ostendi potest talem ordinem esse Sacramento essentiali, non potest tamen communiter sine graui peccato inuerti.

Cum omne peccatum actuale siue cõmissionis, siue omissionis prærequirit aliquam intellectus notitiam, saltem vt homo possit aduerrere, notitia autẽ intellectus in homine oriatur à notitiâ sensus, sequitur primas radices peccatorum esse sensus; cum ergo extrema vñctio conferatur per modum cuiusdam medicinæ perfectæ, conuenienter organa omnium sensuum inunguntur, vt etiam in ratione signi perfectè repræsentetur perfectæ animæ curatio, seu vt ipsum externum Sacramentum sit perfectum signum curationis animæ. Renes etiam inunguntur tanquam sedes libidinis ad eius ardorem extinguendum; pedes, vt curetur vis progressiua.

DVBIUM IX.

An ad substantiam huius Sacramenti requirantur plures vñctiones?

COMMUNI Doctorum sententiâ cõstat vñctionem renum, pedum, pectoris &c. non esse de substantiâ huius Sacramenti, cum non omnes in omnibus Ecclesiis sint in vsu, & peculiariter in Romanâ, in quâ constat verum esse Sacramentum extremæ vñctionis. omnium ergo sententiâ sufficiunt vñctiones quinque sensuum, qui sunt primæ radices peccatorum, quibus curatis perfectæ medicina animæ est adhibita. nec repugnat Flor. enumerans septem vñctiones, quia non vult eas recensere tanquam necessarias ad substantiam Sacramenti, sed vt indicet non repugnare huic Sacramento, quod variæ Ecclesiæ eas adhibeant. his apud omnes indubitatis

Queritur, num plures vñctiones ad substantiam huius Sacramenti sint necessariae? videturque vna sufficere. 1. quia ex Iacobi nō potest colligi plures requiri. 2. neq; potest colligi ex antiquis Patribus. 3. in Concilio Mechliniensi anno 1588. ita dicitur: In morbis contagiosis peste grassante, vt periculū videretur, sufficit inungi sensus organum magis ad vñctionem expositum, ac detectum, dicēdo: per istam sanctam vñctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum. refertur in Pastoralis Mechliniensis impressio anno 1598. can. 9. de extremâ vñctione. idem habetur in rituali Ruremundensi, vt refert Chapeauville in tract. de necessitate ministrandi Sacramenta tempore pestis quæst. 30. de extremâ vñctione. in hunc modum concessit in Colonienſi diocesi tempore pestis Octavius Frangipanius Episcopus Tricaricēsis, postmodum Archiepiscopus Tarentinus, sedis Apostolicæ in Belgio Nuntius, in directorio Ecclesiasticæ disciplinæ. 4. ex consuetudine non inunguntur ipsa sensuum organa, sed partes vicinæ.

Dux sunt hac de re sententiæ.

Prior est quorundam recentiorum, qui censent ad essentiam huius Sacramenti sufficere vnicam

vñctionem. tenet Molanus in quæstionibus Theologicis practicis tract. de extremâ vñctione cõcl. 2. num. 12. Ertius dist. 23 §. 15. qui centet fortè ad *el. Esius.* sententiâ huius Sacramenti sufficere, vt corpus quacūque parte vngatur, his generalibus verbis vtēdo: Per istam vñctionem indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti. Serrarius in opusculis Theologicis cap. 9. de extremâ vñctione. Petrus Arcudius lib. 4. cap. 6. indicat manuale Cameracense tit. de Sacramento extremæ vñctionis can. 14. pro eadem citatur quidam Bartholomæus ab Aulâ in suo Pastoralis probato per Theologos Louanenses.

Posterior sententiâ est communissima tum antiquorum, tum recentiorum Theologorum. D. Th. in 4. dist. 13. qu. 2. art. 3. ad secundam quæstionem ex cuius discursu satis constat quod suam proferat sententiâ, & censet plures vñctiones, scilicet quinque, requiri ad essentiam huius Sacramenti idem tenet Bonau. eadem dist. 2. parte distinctionis quæst. 3. Dur. quæst. 4. art. 2. Palud. quæst. 3. art. 3. concl. 1. Sotus quæst. 2. art. 3. concl. 1. Vict. nu. 223. Valencia disp. 8. quæst. 2. pñcto 2. Henriquez lib. 3. cap. 12. num. 1. Suarez tomo 4. disput. 42 sect. 3. num. 2. & communiter alij.

Dico 1. longè verius est vñctiones quinque sensuum esse de essentiâ huius Sacramenti. Probatur 1. ex communi Doctorum sententiâ, quæ in rependente ex voluntate alterius, maximi est faciendâ. 2. ex praxi Ecclesiæ, cum enim variæ Ecclesiæ variâs vñctiones addant, vel omitant, omnes tamen constantissimè adhibent vñctiones quinque sensuum, quod signum est non posse omitti saluâ Sacramenti essentiâ: quia si absque illis conferretur posset Sacramentum subsistere, cur cum aliæ liberè omitantur, nulla harum ab illâ Ecclesiâ inquam fuit prætermilla? 3. si sacerdos deficiat, antequam organa quinque sensuum vnixerit, summa curâ procuratur vt sufficiatur alius, qui omillas suppleat, quæ cura argumēto est, quod Ecclesiâ tacite sentiat quinque vñctiones esse de essentiâ huius Sacramenti. 4. verius est Christum Dominum instituisse hoc Sacramentum, tanquam externum signum curationis animæ, non qualecumque, sed perfectum in ratione significantis illam animæ curationem, ad hoc autem requiritur saltem inunctio quinque sensuum, per quam expresse significetur omnes primarias causas peccatorum curari, ergo verius est Christum requisuisse vñctiones quinque sensuum.

Confir. forma in Concilio Mechliniensi posita illas requirit, cum illud: Indulgeat quidquid deliquisti per visum, implicite denotet adhiberi vñctionem organo visus ad curationem illius sensus, & ita de reliquis, igitur si sentiat hanc formam esse necessariam, debet ex consequenti dicere quinque vñctiones requiri, quas forma requirit ad sui veritatem.

Dico 2. nullo modo licet hoc Sacramentum voluntariè cõferre in vnâ vñctione, quia cum sententiâ cõmunissima doceat quinque sensuum vñctiones requiri, si quis aliter conferat, exponit Sacramentum periculo nullitatis, quod non licet, & proinde non potest aliquis sine graui sacrilegio voluntariè conferre in vnâ vñctione. 2. qui ita vult conferre grauius peccat contra charitatem proximi, cui fortè est causa, cur non recipiat Sacramentum cum detrimento boni spiritualis.

Confirm. 1. hoc Sacramentum potest interdum homini esse necessarium ad salutem, vt ex dictis patet, qui proinde exponitur periculo damnationis, si vnica vñctio adhibeatur, hoc autem graniter repugnat charitati proximi. Hoc Sacramentum

potest etiam iusto esse valde necessarium ad obtinenda auxilia pro luctu tam difficili, quando anima per se simul cum corpore debilitatur.

Confir. 2. in Sacramentorum administratione minister non potest voluntarie sequi sententiam minus probabilem aliquid dictantem circa materiam, & formam, relictam communissimam sententiam, id enim gravissima animarum pericula in Ecclesia pareret.

Confir. 3. prima sententia est à recentioribus excogitata propter periculum, quod in morbis contagiosis posset imminere ministro, si adhiberentur quinque unctiones: hoc autem periculum ex eo capite moraliter non crescit, nam ex unctiones citissime fieri possunt in capite, potestque sacerdos curare, ut quantum fieri potest, infirmus aperto loco exponatur, quem remota potest ungere baculo, vel virgâ tangendo oculum, aurem, narem, labium, & genam pro tactu, dicendo: *Per istam sanctam unctionem & suam piissimam misericordiam indulgentiam tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, & locutionem, & tactum, temperando unctiones prolationi sensuum. si quis ita se gerat ex unctione quinque sensuum non potest moraliter suboriri maius periculum, quam ex unctione unius cum prolatione formæ, cum illa unctiones citissime fieri possint.*

80. Hæc dicta sint, ne quis ex alterâ sententiâumat licentiam vnicam unctionem ex proposito, & intentione adhibendi, si morbus videatur illi periculosus. Quidquid sit de speculatione, rationes secundæ conclusionis ostendunt non posse illum modum sine magno periculo animarum de industria & ex proposito usurpari, & proinde esse in Ecclesia noxium, & minime usurpandum, prout scio quibusdam in locis nimis temerè usurpatum, quod advertens postremum Concilium Mechliniense, re prius communicatâ cum viris doctissimis, canonem illum nonum tacite correxit, & cum reliquos præcedentis Concilij repofuerit invariato, ita hunc posuit: *In morbis contagiosis, & peste grassante ut periculum videretur, preces quæ præmittendæ & subiungendæ forent, poterunt in Ecclesia coram venerabili Sacramento devotè legi: cui mutationi occasionem dedit doctus discursus Suarez disp. 41. sect. 3. & iudicium gravium Theologorum, qui eâ de re consulti canonem prioris Concilij valde improbatum.*

81. Ex his patet 1. non esse relictum consuetudini Ecclesiarum, in quibus partibus unctiones fieri debeant, si intelligatur ex solâ Ecclesiæ constitutione innungi organa quinque sensuum, & posse salutem huius Sacramenti substantiâ vnicam unctionem in quacunque parte corporis adhiberi.

82. Patet 2. formam relatam ab Estio non esse legitimam, quia particula *per visum &c.* omnino videntur ad essentiam pertinere, ut ostensum est. ex quo etiam patet formam non futuram legitimam, si dicatur: *quidquid deliquisti per quinque sensus*, quod ponitur in Pastoralis Bartholomæi ab Aulâ, quia particula, *quinque sensus*, non satis distinctè significat visum, auditum &c. sed solum generali, & confuso quodam modo.

Soluuntur argumenta sententiæ contrariæ. Primum. Ad primum eorû quæ in contrarium adferuntur Resp. nihil confici ex eo quod beatus Iacobus non posuerit quinque unctiones, cum ex usu Ecclesiæ habeamus quinque requiri. Sacros scriptores non semper ponere omnia essentialia Sacramentorum patet tum in Confirmatione, tum in hoc Sacramento, cuius formam Apostolus non posuit expressè, nam ex verbis eius posset videri sufficere qualibet ora-

tio. dicimus ergo in præfati vniuersalem Ecclesiasticam consuetudinem satis declarare hoc Sacramentum non perfici vnicâ unctione, quamvis Apostolus non fecerit mentionem plurium.

Nec alteram sententiam iuvat, quod eodem modo dicat, *ungentes*, quo Matthæus, baptizantes, ex quo colligitur vnicam immersionem sufficere. Dico enim id potissimum colligi ex sensu Ecclesiæ, nos docentis in baptismo non requiri plures immersiones, cuius contrarium potest in præfati colligi ex eiusdem Ecclesiæ praxi.

Ad secundum eodè modo Resp. non fuisse curæ Patribus, & nominatim Innocentio primo explicare quot requirentur unctiones, sed ut quæstioni sibi propofitæ satisficeret, docuisse vnumquemque in suâ infirmitate hoc Sacramento uti posse.

Ad tertium Resp. Concilium Mechliniense hæc in parte secutum sententiam aliquot Doctorum contra torrentem aliorum & omnem praxim Ecclesiæ. sed maior est vis consuetudinis Ecclesiasticæ, quam paucorum Doctorum quorum iudicium nixum est illud decretum, quod tamen, ut dixi, remelius examinata, & animaduertis abusus, qui inde sequebantur, prudenter est sublatum. certe non minus Ecclesia aliqua particularis hæc in re errare potuit, quam Aniciensis, quæ etiam iudicio aliquorum qui priorem sententiam sequuntur, erravit in materiâ ordinationis diaconi.

Ad 4. Resp. quantum fieri potest, inungenda organa, si tamen fieri non possit, sufficere unctionem partium vicinarum, per quam satis declaratur eam adhiberi ad curationem sensus, qui quantum fieri potest iungitur, vel in suo organo, vel in parte vicinâ.

Petes, an ita requirantur quinque unctiones, ut aliter ratio Sacramenti nullo modo subsistat? Resp. 1. sine his non posse subsistere perfectam rationem Sacramenti. Resp. 2. probabile tamè est in unctione cuiuslibet sensus cum formâ proportionatâ inueniri partialem rationem Sacramenti, & incompletam in ratione signi. 2. pars patet ex dictis, quia ratio completa huius Sacramenti consistit in signo perfecte significante curationem morborum animi, quæ perfecta significatio non elicit in vna unctione cum formâ respondente. prior pars probatur, in singulis unctionibus cum formâ proportionatâ inuenitur materia, & forma, ergo & Sacramentum partiale. Confir. illud signum repræsentat animæ curationem, licet imperfectè, igitur potest habere rationem Sacramenti saltem partialis, quemadmodum in venerabili Eucharistia non solum species panis, & vini cum corpore, & sanguine habent rationem Sacramenti, sed etiam species panis cum corpore &c. quamvis incompletam in ratione signi. Probatur 2. si sacerdos post vnam vel alteram unctionem deficiat, alius potest pergere non repetendo priores unctiones, ergo signum est priores cum suis formis conficere Sacramentum saltem partiale.

Neque hæc resolutio repugnat conclusioni primæ, vel incidit in primâ sententiam supra relatam, quia prima conclusio vult perfectam rationem extremæ unctionis essentialiter requirere unctiones quinque sensuum, cum in ratione signi requiratur signum perfecte significativum integræ curationis animæ, quandoquidem confertur ut perfecta medicina ad tollendos omnes animi morbos, ad quod requiritur repræsentatio curationis omnium peccatorum radicum peccati, vnde ex diuinâ institutione requiritur unctionem organorum quinque sensuum, quod negat prima sententia, quæ in re ipsa confert.

86. censet id tantum esse praecepti Ecclesiastici, & ex iusta causa ministrum posse ex intentione vnam unctionem adhibere, & quidem in quacunque parte voluerit.

Obiectio. Dices, si ratio Sacramenti possit in vnicâ unctione cum suâ formâ consistere, bene sequitur ceteras non esse necessarias ad essentiam Sacramenti, vt patet in naturalibus.

Resp. neg. consequentiam: ad probationem dico non esse simile, quia composita physica sunt vnum per se cõstans vnâ materiâ & formâ vltimâ, & proinde cum primû hâc inter se vniuntur, inuenitur tota essentia constituta; hoc verò Sacramentum solum est vnum vnitatem cuiusdam perfectionis in ratione medicinæ, quæ ita plura requirit, vt tamen singula rationem quandam medicinæ possint participare, licet imperfectam in ratione ligni, quemadmodum in Eucharistiâ singula species imperfectè participant rationem signi representantis conuiuium animæ.

Obiectio 2. Dices 2. saltem ex dictis sequitur ministrum posse intendere vnicam unctionem in casu necessitatis. Resp. neg. sequelam, quia minister non potest vellic conficere Sacramentum essentialiter imperfectum, licet aliquo modo consistens, vt patet in ministro Eucharistiæ, qui nõ potest intendere vnam speciem sine alterâ cõsecrare. adde ex dictis patere non occurrere moralem necessitatem sistendi in vnicâ unctione cum periculo nullitatis Sacramenti, & detrimenti spiritualis proximi, cum hæc sententia non sit ita certa, vt opposita, quæ est communior, non sit etiam valde probabilis, iuxta quam & communem modum est procedendum in praxi.

D V B I V M X.

Quomodo ad hoc Sacramentum se habeant alie unctiones interdum adhiberi solite?

88. R A T I O dubitandi est, quòd cum modò vna, modò altera omittatur pro variâ consuetudine Ecclesiarum, atque adeò illæ solæ videantur esse ex institutione Ecclesiastica, solû sint cõsuetudines accidentales ceremoniarum, quia quæ ad substantiam Sacramenti pertinent, solent à Christo institui.

In contrarium tamen facit quòd vix vllus censet eas unctiones solum esse ritus accidentales Sacramenti, sed communis tacitus sensus videatur esse, quòd ad integritatem huius Sacramenti pertineant, quod insinuat Flor. & sumi potest ex doctrinâ Paludani dist. 24. qu. 1. art. 3. sequiturque ex doctrinâ Esti dist. 23. §. 15. sentientis relictum consuetudini Ecclesiæ, quam partes sint vngendæ, ita vt quamuis numerus unctionum non pertineat ad essentiam Sacramenti, pertineat tamen ad integritatem, quod expressè docet Scotus dist. 23. quaest. 2. artic. 1. sub finem, Henriquez lib. 3. cap. 12. num. 3. censentes has unctiones concurrere ad effectum Sacramenti, quando adhibentur, & non repugnat intentio ministri.

89. Hæc quæ à variis dicuntur, & supponuntur plerique, non possunt subsistere, nisi dicamus vel omnes unctiones quidem à Christo designatas sed exceptis unctionibus quinque sensum non adhibendas ex diuino præcepto, sed prout Ecclesia constituerit; vel dicamus diuinâ institutione quinque unctiones ad perfectam rationem Sacramenti institutas, in Ecclesiæ autem relicto esse potestate, & voluntate, quas velit adiacere, quæ si adhibeantur, & intentio ministri non repugnet, concurrent ad effectum Sacramenti: quæ quomodo cohereant

cum doctrinâ variorum, quam alibi tradunt de materiâ consecrationis calicis, aliorum iudicio relinquo. nam ex his sequitur dari materiam liberam ex quâ ipsius Sacramenti, immò & formam.

Propter discursum à nobis factum non est improbabile quòd docet Suarez disp. 41. sect. 2. nu. 11. huiusmodi unctiones solum esse ritus accidentales, & nullo modo concurrere ex opere operato ad collationem gratiæ, quia ex nullo solido fundamento potest colligi ita esse à Christo institutas, vt quamuis liberè adhiberentur, tamen adhibitæ pertinerent ad integritatem Sacramenti.

D V B I V M XI.

De effectu huius Sacramenti.

90. H VNC effectum breuiter attingit Flor. & explicatius ponit Trid. sess. 14. cap. 2. de extrema unctione. ex generali doctrina Sacramentorum constat hoc Sacramentum conferre gratiam ex opere operato. hoc præmissò

Dico 1. ratione huius Sacramenti conferuntur homini gratiæ præuenientes, seu auxilia ad robur animi contra diaboli insultus, & ad excutiendum torporem, ad concipiendum fiduciam de Dei misericordiâ, & vt anima præparetur ad gloriam cælestem. quia enim anima ex recordatione prætorum peccatorum, ex timore diuini iudicii, & penarum potest meritis in fine vitæ angî, & si sibi relinquitur, excitari motu desperationis, accedente præsertim diaboli insultu, & debilitate corporis quæ in animam redundat, illamque reddit minus promptam ad pugnandum cum demone, clementissimus Deus ratione huius Sacramenti varia largitur, quibus animus firmetur contra huiusmodi perturbaciones. quòd colligitur ex Iacobi 5. *Elleuabit eum Dominus.*

Dico 2. ratione etiam huius Sacramenti remittuntur peccata, patet ex Iacobi 5. can. 2. de extrema unctione sess. 14. Concil. Trident. & formâ huius Sacramenti. ex quibus patet non tantum remitti poenam peccatis debitam, sed etiam culpam, quia quando definitur Sacramentum remittere peccatum, intelligitur de culpa. ex eodem can. citato patet eam culpæ remissionem fieri non tantum mediâtè per hoc Sacramentum, scilicet mediâtè pio motu quem excitat, sed esse proprium, & immediatum eius effectum, cum canon vtrumque ponat, nec appareat discrimen inter remissionem peccati, & gratias præuenientes.

Confir. 1. hoc Sacramentum est institutum ad abstergendas peccati reliquias, & ad curandos animi morbos, peccata autem quæ interdum restant post confessionem & communionem, non minus participant rationem reliquiarum peccati, & morbi, quàm languor animi.

Confir. 2. hoc Sacramentum à Trident. vocatur consummatium poenitentia: procmio de extrema unctione. & quidem conuenit, quòd remittat venialia, de mortalibus verò non est ita certum; nam plerique antiqui ita asserunt de venialibus, vt tacitè videantur negare de mortalibus, quòd expressè negat Scotus dist. 23.

Probat, nullum mortale commissum post baptismum remittitur sine poenitentia in re, vel voto.

Confir. Sacramentum poenitentia: peculiariter est institutum pro remissione mortalium.

2. Hoc Sacramentum est institutum ad curandos animi morbos, & datur tanquam medicina, peccatum autem mortale non est tam morbus, quàm

90.

Sententia Suaru esse tantum ritus accidentales est valde probabilis.

91.

larent. Trid.

Conclus. 1.

92.

Conclus. 2.

93.

94.

Scot negat remittere mortalia, Prob.

mors animæ, & anima per peccatum mortua, est incapax medicinæ, quæ supponit vitam.

3. Si peccatum mortale remitti posset per extremam vñtionem, scilicet per se, & ex sua institutione particulari, aliquis sciens se esse in statu peccati mortalis posset hoc Sacramentum suscipere, quod tamen, per se loquendo, non licet.

Aliqui nihilominus asserunt remittere etiam mortalia. Videt. num. 214. Ruardus art. 12. Siluest. verbo *vñtio* quaest. 3. Nauar. cap. 22. num. 13. Bellarm. lib. de extrema vñtione cap. 8. & plures alij, quorum sententia explicatur: fieri potest, ut aliquis post susceptum Sacramentum penitentia, & Eucharistia sit in peccato mortali, vel quia in eorum receptione non fuit legitimè dispositus ad obtinendam remissionem peccatorum, vel quia postmodum incidit in mortale, potestque contingere quoddam statum peccati mortalis inuincibiliter ignoret: iuxta secundam sententiam tali accedenti cum legitimâ dispositione huiusmodi peccatum mortale per extremam vñtionem remitti potest, non solum generali ratione, quâ Sacramenta viutorum possunt interdum primam gratiam conferre, sed aliquo modo per se, ex speciali Christi institutione.

Hæc sententia est valde probabilis, quæ potest colligi ex Iacobi 5. *Et si in peccatis sit, venientur ei*, quod refertur ad culpam, cumque sit locutio conditionata, videtur intelligi de mortali, saltem præcipue, quia cum vix vllus careat veniali, si intelligeretur de solâ remissione venialium, sermo non debuisset esse conditionatus. 2. potest colligi ex Trident. sess. 14. cap. 2. de hoc Sacramento, ubi inter effectus ponit, quoddam absterget delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias, ergo potest remittere peccatum mortale, cuius homo non habet conscientiam. 3. forma, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti, idem indicat: nam particula, *quidquid*, commodè se extendit ad mortale. 4. illius rei congruentia potest adferri: hoc Sacramentum est institutum, ut animam præparet ad ingressum regni celestis, in quem finem confert auxilia ad torporem excutiendum, ad fiduciam de diuinâ misericordiâ concipiendam; congruum etiam fuit, ut reliquias peccati abstergeret, inter quas possunt computari mortalia, quibus homo ab illo ingressu arceretur, & proinde fuit congruum Deum peculiariter instituere extremam vñtionem ad remittenda mortalia, quæ per alia Sacramenta non sunt deleta, non tamen ita ex primariâ institutione, sicut confert auxilia contra diabolicos insultus, sed solum ex secundariâ, vnde

Ad primam rationem in contrarium allatam Resp. concedendo nullum mortale remitti sine voto saltem implicito Penitentia instituitur ex primariâ ordinatione ad illius deletionem, & proinde peccatum mortale per extremam vñtionem remissum per se loquendo subiciendum clauibus, id tamen non obstat, quod minùs extrema vñtio se extendat ad remissionem mortalis ex secundariâ institutione, in quantum potest abstergere reliquias peccati.

Ad secundam Resp. assumptum esse verum de effectu, ad quem primariò ordinatur, non autem de eo, quem potest secundariò respicere: potest enim per modum medicinæ tollere quicquid potest impedire ingressum celestem.

Ad tertiam Resp. neg. sequelam, quia est Sacramentum viutorum, licet spiritualiter debilius, & proinde, per se loquendo, debet vitam spiritua-

lem in suscipiente supponere, vnde nullus sibi conscius peccati mortalis potest illud suscipere, nisi saltem bonâ fide putet se contritum.

Dico 3. hoc Sacramentum etiam confert sanitatem corporis, patet ex Florent. item ex Trident. cap. 2. citato.

Dubium est quomodo eam operetur? Sotus dist. 23. quaest. 1. artic. 1. responsione ad 5. confert operari solum mediâtè, conferendo subsidia ad acquirendam corporis sanitatem. 1. quia non videmus omnes vñctos recuperare sanitatem, etiam cum expedit animæ. 2. è contrario videmus aliquos restitui sanitati, qui postmodum malè viuunt. 3. quia aliquin sanitas dicenda esset miraculose recuperata: confert ergo per hoc Sacramentum infallibiliter conferri subsidia, quibus homo possit sanari, nisi vis morbi tanta sit, ut illis præualeat.

Hæc sententia communiter reicitur, & merito, quia ex Concilio citatis plus colligitur, scilicet Sacramentum interdum conferre sanitatem corporis in se, quando animæ expedit, scilicet iuxta diuinæ sapientiæ & providentiæ ordinem, non autem infallibiliter.

Vnde ad primam rationem Soti Resp. non constare, quod ij quibus expedit, non recuperent sanitatem vi huius Sacramenti.

Ad secundam Dico neque constare quod inuncti qui recuperatâ corporis sanitate malè viuunt, eam recuperauerint virtute huius Sacramenti.

Ad tertiam Resp. neg. assumptum, nam licet valetudo, quæ per hoc Sacramentum restituitur, restituitur medio supernaturali, restituitur tamen medio ad id ex diuinâ ordinatione etiam aliquo modo instituto, & proinde non recuperatur præter omnem ordinem diuinâ lege constitutum.

DVBIVM XII.

Quæ dispositio requiratur ad effectum huius Sacramenti recipiendum?

CONSTAT, per se loquendo, requiri statum gratia, cum sit Sacramentum viutorum, & exclusis extrinsecis, v. g. inuincibili inaduertentiâ status peccaminosi, accedens ad hoc Sacramentum cum peccato mortali, sit mortaliter peccaturus, & ita, per se loquendo, necesse est, ut conscius peccati mortalis eliciat contritionem peccatorum, vel acquirat remissionem peccati per Sacramentum penitentia. Dico *vel* &c. quia ad dignam perceptionem huius Sacramenti non requiritur præuia confessio, sed sufficit contritio, ut communiter Doctores, & patet, quia neque ex naturâ horum Sacramentorum prærequiritur confessio, neque ex eo quoddam extrema vñtio sit Sacramentum viutorum præsupponens vitam spirituales animæ, cum ea possit comparari sine Sacramento penitentia re suscepto, neque prærequiritur confessio ex præcepto positio diuina, vel humano. nec obstat pia fidelium consuetudo, qui solent premittere confessionem, quia ea non oritur ex eo quod existiment confessionem, per se loquendo, debere præmitti, sed quod cum præceptum confessionis in fine vitæ vrgeat, simul velint ei satisfacere instituendo confessionem, & viaticum sumendo, ut sic etiam melius, & certius se præparent ad dignam huius Sacramenti perceptionem, & ut gratiam vberior per illud recipiant, simulque obtineant ampliora auxilia pro luctâ tam difficili. vbi

93.

Remittere mortalia sentit Ruard. Bellarm. Sylu. Explicatur hæc sententia.

94.

Hæc sententia affertur est valde probabilis.

95.

Soluuntur argumenta contraria. Primum.

Secundum.

Tertium.

Aduerte eum, qui ex rationabili causa non præmisit confessionem peccati mortalis, teneri illud ante finem vitæ confiteri, quia omne mortale post baptismum commissum, per se loquendo, debet subijci clauibus Ecclesiæ. hoc præmissis

98. *Conclus. 1.* Dico 1. si quis in receptione huius Sacramenti non peccet, potest cum debita attritione per illud consequi remissionem peccati mortalis. ita pluri-
mi Doctores & patet ex dictis quæst. 62. art. 1. dub. 3. v. g. aliquis conscius peccati mortalis conatur bonâ fide elicere contritionem, & accedit ad Sacramentum, in eo non peccat: quod si non habens perfectam contritionem elicerit attritionem de peccatis cum proposito saltem implicito emendationis, consequetur remissionem peccati mortalis per hoc Sacramentum, quam etiam consequetur, si inuincibiliter ignorans se esse in statu peccati mortalis, attrahatur in genere de suis peccatis. atque hinc est quod hoc Sacramentum possit dari amentibus, qui antequam inciderent in amentiam peccarunt mortaliter, signa tamen doloris ediderunt, quia hi recipiendo Sacramentum non possunt peccare, & de cætero si dolor pertingat ad rationem attritionis (quod piè potest præsumi) consequentur effectum huius Sacramenti, illis necessarium ad salutem.

99. *Conclus. 2.* Dico 2. ad remissionem venialis probabile est præter statum gratiæ aliquem dolorem requiri: cum verò possit haberi dolor de vno peccato veniali remanente complacentiâ actuali, vel virtuali alterius, sequitur vnum veniale posse in hoc Sacramento remitti sine alio.

Conclus. 3. Dico 3. ut quis per hoc Sacramentum consequatur auxilia, sufficit in eo gratia habitualis.

D V B I V M XIII.

Quandonam effectus huius Sacramenti conferatur?

100. *P*ETITUR an gratia sanctificans, & remissio peccati conferatur subiecto disposito ante quintam unctionem, an verò solum eâ completâ: Dixi, gratia sanctificans, quia satis constat actualia auxilia posse conferri etiam post Sacramentum omnino perfectum oportuno tempore, quamdiu durat periculum, & idem morbi status.

In præsentî quæstione varij docent gratiam solum conferri finitâ quintâ unctione cum formâ respondente, quia tum demum est Sacramentum. Aliqui tamen existimant conferri ante quintam. Resp. &

Conclus. 1. Dico 1. probabile est gratiam habitualemente conferri per hoc Sacramentum subiecto disposito ante quintam unctionem.

Probatur, in primâ, & reliquis est materia, & forma sacramentalis partialis, atque adeo Sacramentum, licet parziale, ergo causa efficax gratiæ, & quidem instar causæ naturalis necessario confertur effectum, nisi impediatur.

Confir. 1. vñctio oculorum cum formâ respondente significat interiorem animi vñctionem, & curationem, ergo cum Sacramenta sint signa efficaciacia, & operentur id, quod significant, conferent gratiam, & animi curationem.

Confir. 2. verbum, *indulgeat*, in primâ vñctione est operatum, similiter & vñctio illi respondens, nec apparet solida ratio propter quam dicatur differri effectus, qui statim dari potest finitâ formâ.

Probatur 2. per primam ordinationem conferatur character, & gratia, quidni ergo dici possit gratiam conferri per primam vñctionem? item per consecrationem panis ponitur Corpus Christi, & effectus formæ, antequam calix cōsecratur, ergo &c.

Cum verò de lege saltem ordinariâ gratia sanctificans non infundatur peccatori sine remissione peccati mortalis, sequitur mortale per quemcumque sensum commissum tolli per primam vñctionem, ita ut ante aduentum aliarum homo sit Deo gratus.

Dico 2. per singulas vñctiones cum formis respondentibus conferatur aliquis gradus gratiæ, tenet Palud. dist. 24. quæst. 1. art. 3. ad 3. Estius dist. 23. §. 15. in fine, & probabile cæset Suarez disp. 41. sect. 2. num. 7. videturque patere ex dictis. cum enim singulæ vñctiones cum suis formis participant rationem Sacramenti, licet incompleti, singulæ sunt signa efficaciacia gratiæ, quam proinde debent operari in subiecto disposito.

Confir. per consecrationem calicis ponitur sanguis sub specie vini, qui præcisè ex vi verborum non ponitur sub specie panis, similiter per secundam ordinationem sacerdotis noua gratia conferatur.

Ex his sequitur quod positâ omnino inuariatâ dispositione plus gratiæ acquiratur per quinque vñctiones, quam per vnam.

Dico 3. probabile etiam est per singulas vñctiones in subiecto disposito tolli peccata venalia commissâ per sensum, cuius organum vñgitur, & non per alia, scilicet ex opere operato. v. g. quod per vñctionem oculorum cum suâ formâ remittantur peccata venalia commissâ per visum, & non alia, & ita de reliquis vñctionibus, prior pars probatur, quia forma id significat, ergo cum sit operatiua eius, quod significat, remittit huiusmodi peccata. secunda probatur, remissio venialium potest diuidi, ergo ex eo capite nihil repugnat, quod minus peccata venalia commissâ per vnum sensum remitti possint ex opere operato per vñctionem organi illius sensus non remissis venialibus commissis per alios sensus, quorum remissio non requiritur ad veritatem formæ etiam in subiecto disposito. vnde siue sufficiat gratia habitualis ut remittantur veniale, cui affectus non adheret actu, siue ulterius requiratur aliquis dolor de veniali, colligo quod positâ huiusmodi dispositione ab initio non remittantur omnia venalia ex opere operato per primam vñctionem, quia vñctio oculorum cum suâ formâ non respicit morbos spirituales aurium, neque est instituta ad illorum curationem, sed tanquam Sacramentum parziale est instituta per modum medicinæ partialis ad curandos morbos animi, qui per visum sunt contracti, & ita de cæteris. hinc si quis solum vñctionem oculorum reciperet, non consequeretur ex opere operato remissionem venialium commissorum per gustum &c.

Dico 4. idem iudicium est de gratijs, & auxilijs, quæ per hoc Sacramentum conceduntur ad superandas diaboli tentationes, quod videlicet ratione singularum vñctionum debeantur specialia auxilia, & suo tempore conferantur ad superandas difficultates, quæ per sensum inunctum possunt oriri ex diaboli tentatione, vel aliunde, non verò per alios sensus, quia etiam hic effectus est diuisibilis, & potest vnus per vñctionem cum suâ formâ ita significari, ut non significetur alius.

Ex dictis sequitur, quod licet Dominus non faciat imperfectè, quando totum Sacramentum est

102.

Conclus. 1.

Palud. Estius.

Coroll.

103.

Conclus. 3.

Coroll.

104. Conclus. 4.

Corollari.

completum, possit tamen dici per singulas vñctiones seorsim sumptas imperfectè sanare quantum ad remissionem venialium, & concessionem auxiliorum, item quantum ad concessionem totius gratiæ sanctificantis, quamvis sanet perfectè quoad remissionem mortalium, vt dictum est.

105.

Petitio.

Petes, vtrum idem sit dicendum de alijs vñctionibus?

Resp.

Resp. negatiuè, quia verisimile est non esse partes integrales, sed solum ritum accidentalem, vt potest colligi ex dictis dubio 10.

Coroll.

Ex quo sequitur, quòd minister non debeat suam intentionem ad illas vñctiones restringere, seu quòd non ita debeat se habere, vt nolit Sacramentum conficere, & gratiam conferre, donec vñctionem & pedum sit perfecta, quia antehuiusmodi vñctionem substantia Sacramenti est posita, & proinde non est in eius potestate situm, vt suspendatur effectus, cum in subiecto disposito necessarium vt postquam materia, & forma est posita, & propter eius intentionem non fuit Sacramentum, illud exurgat per positionem alicuius planè per accidens se habentis ad substantiam Sacramenti, ex quo discursu patet ministrum ita restringentem grauius peccaturum, cum se exponat vel periculo nullitatis Sacramenti, vel contra rationem velit suspendere effectum posito Sacramento, quod nullo modo velle potest.

106.

Dubium.

Dubitatur num possit suspendere intentionem vsque ad quintam vñctionem. Iuxta sententiam, quam sequimur, non potest, iuxta aliam potest, in praxi consultius est, vt non suspendat, sed simpliciter intendat facere, quod per illas vñctiones fieri potest.

Resolutio
iuxta varias
sententias.

QVÆSTIO.

De Sacramento Ordinis.

I.



XPPLICATIS Sacramentis, quæ pro salutem singulorum sunt instituta, tractandum de duobus, quæ in commune bonum Ecclesiæ sunt relictæ, & primò quidem de ordine, vtpote digniore Sacramento, deinde de matrimonio.

Ordo quoque
modis hic
sumitur.

Obiter notandum, quòd licet nomen *ordo* varias habeat significationes, tamen quantum ad præsens institutum pertinet, duobus modis sumi possit. 1. pro spiritali potestate in Ecclesiastica hierarchiâ ad Sacramenta conficienda, vel ministranda, vel ad ea, quæ proximè vel remotè ad eadem Sacramenta referuntur. 2. pro ritu quodam externo, quod hæc potestas in Ecclesiâ confertur, qui ritus etiam dici potest ordinatio, de quo ritu, & proinde de ordine secundo modo sumpto, est

DVBIUM I.

Vtrum in Ecclesiâ sit verum Ordinis Sacramentum?

2.

Sælus ques-
tionis.

Hic non querimus, num omnis ritus externus, quo potestas confertur ad ea, quæ etiam remotè referuntur ad Sacramenta, sit Sacramentum propriè dictum, cum saluâ fide de quibusdam inter Catholicos dubitetur, (de quo infra,) sed solum querimus in genere, num aliqua ordinatio

in Ecclesiâ veram Sacramenti rationem fortitatur?

Negat Lutherus cum quibusdam alijs citatis à Bellarm. cap. 1. libr. de Sacramento ordinis. Calvinus verò, licet quibusdam locis videatur tantum agnoscere duo Sacramenta, scilicet baptismum, & cenam, tamen lib. 4. institutionum cap. 19. §. 31. censet ordinationem esse verum Sacramentum.

Resp. esse de fide in Ecclesiâ dari verum, & propriè dictum ordinis Sacramentum. definitur in Flor. decreto de Sacramentis & in Trid. sess. 7. can. 1. de Sacramentis & in Trid. sess. 7. can. 1. de Sacramentis in genere, & specialiter sess. 23. can. 3. his verbis: *Si quis dixerit ordinem, siue sacram ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse signum quoddam humanum & c. anathema sit.* & can. 4. definitur per sacram ordinationem dari Spiritum S. & proinde non frustra Episcopos dicere: *Accipe Spiritum S.* quod ipsum grauius verbis docetur cap. 3. eiusdem sessionis. idem indicatur in Concilio Chalcedonensi can. 2. vbi sub grati pœna prohibetur Episcopo ne per pecuniam ordinationem faciat, & pretio redigat Spiritus S. gratiam, quæ vendi non potest. vbi Concilium videtur omnino supponere ordinationem esse propriè dictum Sacramentum, cum videatur supponere gratiam sanctificantem per illam conferri. hæc enim videtur designari per gratiam Spiritus S. quæ solitarie sumpta designat gratiam iustificantem.

Nec obstat quòd eodem canone sub iisdem pœnis quædam prohibeantur vendi, quæ constat non esse Sacramenta, v. g. promotionem dispensatoris, vel promotoris, quia de his aliter loquitur, nec dicit pretio redigi Spiritus S. gratiam.

Probat hæc veritas ex scripturis. 1. ad Timotheum 4. *noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij.* vbi Apostolus agit de ritu externo, per quem gratia confertur, & quidem de duraturo. 1. agere de ritu externo patet ex illis verbis, *cum impositione manuum*, quibus verbis docet Apostolus se ordinasse Timotheum.

2. Patet per illum ritum collatam gratiam sanctificantem, tum ex illis verbis, *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum*, vbi designatur per impositionem manuum gratiam sanctificantem fuisse collatam, & proinde illum ritum fuisse gratiæ collatum; tum ex cap. 1. epist. 2. *Admones te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* ex quo loco patet præpositionem, cum, cap. 4. citato sumi pro, per, & designare impositionem manuum fuisse causam gratiæ, quam gratiam fuisse sanctificantem patet tum ex eo quòd gratia solitariè sumpta illam soleat significare, & aptè significet, nisi ex antecedentibus, & consequentibus aliud detur intelligi, tum ex illo cap. 1. epist. 2. vbi dicitur: *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, id est timiditatis, sed spiritum virtutis, id est roboris, & dilectionis, & sobrietatis.* quibus verbis designantur varæ virtutes, quæ sanctificantem gratiam solent comitari, & cum illa in iustificatione infundi: cum Timotheus per impositionem manuum acceperit virtutes comites gratiæ sanctificantis, ipsam etiam gratiam recepit, & proinde ritus ille externus fuit collatus gratiæ sanctificantis, & ita hunc locum intellexit Concilium Trid. cap. 3. citato.

3. Hunc ritum perseverare in Ecclesiâ, patet. 1. est eadem indigētia in Ecclesiâ posterioribus tem-

poribus

poribus habendi pastores, & rectores, quæ erat tempore Apostolorum, ergo etiam posterioribus temporibus de illis debet provideri, & quidem per Sacramentum, cum posteriores pastores non minus indigeant gratiâ sanctificante ad suum munus ritè obeundum, quam priores.

Confir. hæc ordinatio facta est in bonum Ecclesiæ, ergo potestas ordinandi debet in Ecclesiâ perseverare, & proinde ordinis Sacramentum, cum non subit causa asserendi eam potestatem extinctam cum Apostolis, quæ tantopere cedit ad utilitatem Ecclesiæ duratur usque ad finem sæculi. 2. ipsemet Apostolus indicat hunc ritum ab alijs usurpandum, cum cap. 5. 1. ad Timotheum, eundem hortatur dicens: *Manus citò nemini imponeris, neque communiceris peccatis alienis*, ubi supponens seum posse ordinare, docet quantâ circumspectione se gerere debeat in eo Sacramento ministrando. certum autem est Apostolum non velle hanc potestatem in Timotheo extinguere, sed supponere perseverantiam in posterioribus Episcopis, quos in illo sui officij admonet.

Probatur etiam ex Ioan. 20. *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata &c.* ubi describitur ritus externus collatiuis gratiæ duratur in Ecclesiâ de ritu patet, eod quod Christus insufflauerit in Apostolos. de gratiâ patet, eod quod dicatur: *Accipite Spiritum S.* quando autem dicitur dari Spiritus S. absolute, designatur gratia sanctificans, ut aliquoties alibi est probatum, & satis patet ex can. 4. citato Concilij Trid. & ex Patribus mox citandis.

Probatur ergo 2. ex Patribus, Chrysost. lib. 3. de sacerdotio in initio: *Etenim sacerdotium in terrâ peragitur, sed in ætherum cælestium classem, ordinemque referendum est.* Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani cap. 13. comparante ordinationem cum Sacramento baptismi, & dicens: *Utrumque Sacramentum magnum est, & quadam consecratione homini datur, illud enim baptizatus, cum ordinatur, ideoque in Ecclesiâ catholicâ non licet iterari.* Et infra: *Utrumque Sacramentum est, quod nemo dubitat. pene eadem habet libr. 1. de baptismo contra Donatistas cap. 1. ubi etiam vocat Sacramentum, & libr. de bono coniugali cap. 24. asserit in omnibus ordinatis manere Sacramentum ordinationis, etiam si plebem non regant, vel ob culpam ab officio remoti fuerint.* Leone 1. epist. 87. ad Episcopos Mauritanie cap. 1. qui agens de ordinatione dicit: *Quis ergo dissimulare audeat quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam, cum huic magno, venerandoque mysterio, ne diuine quidem legis statuta defuerint.* Gregorio lib. 4. Regum cap. 5. qui agens de Sacramento ordinationis dicit: *Is qui promouetur, bene foris cingitur, sicut virtute Sacramenti roboratur.*

Ex quibus, & alijs Patribus passim citari solitis constat verissimum esse, quod aiunt Patres Concilij Tridentini sess. 23. cap. 3. citato, Patrum unanimi consensu perspicuum esse per sacram ordinationem gratiam conferri, & proinde neminem debere dubitare ordinem esse unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis. constat etiam hoc Sacramentum esse à Christo Domino institutum, quod in specie definitur can. 9. sess. citatæ, & deduci potest ex can. 6. eiusdem sess. ubi definitur hierarchiam Ecclesiasticam esse diuinâ ordinatione institutam.

Quamvis autem hoc Sacramentum Ecclesiæ sit summè necessarium, cum necesse sit in eâ esse pastores, qui populum non tantum verbo, sed etiam Sacramentorum consecratione, & administratione

pascant, quod fieri nequit sine legitimâ ordinatione, per quam datur potestas in Corpus Christi verum, & mysticum, tamen, per se loquendo, nemo in particulari obligatur ad illud recipiendum, cum non sit homini ad salutem necessarium, ut ex se constat, neque ex diuino præcepto illius, per se loquendo, teneatur Sacramentum ordinis suscipere. pertinet ergo ad curam pastotis vniuersalis Ecclesiæ, ut ad bonum ipsius non desinat in eâ ministri, non verò singuli obligantur Sacramentum hoc suscipere. Dixi, per se loquendo, quia ratione voti posset quis obligari, item in casu aliquo rarissimo posset aliquis obligari ex charitate erga proximum.

Definiri verò potest ordinatio, quod sit ritus quidam externus, per quem alicui confertur spiritalis potestas proximè, vel remotè in ordine ad sacrificium, & Eucharistiam, quia ordo, & variæ eius distributio spectatur per ordinem ad sacrificium & Eucharistiam. Ordinationis Sacramentum potest hoc modo definiri, quod sit Sacramentum, per quod confertur potestas in ordine ad Eucharistiam. in qua definitione varias aliquas particulas omitto propter controversias inter Scholasticos de ordinibus participantibus rationem Sacramenti, de quibus in sequentibus. iuxta sensum huius definitionis intelligenda est illa Magistri definitio dist. 24. Ordo est signaculum, per quod spiritalis potestas traditur ordinato.

D V B I U M II.

Virum prima tonsura sit ordo?

PARS affirmans suadetur 1. ex cap. cum contingat, de etate, & qualitate præficiendorum. ubi dicitur: *Per primam tonsuram clericalis ordo confertur.* 2. ex Alcuino libr. de diuinis officiis cap. 35. siue de tonsura clericorum, vocante clericatus ordinem. 3. ex motu proprio Sixti 5. anno 1588. contra male promotos ad ordines, ubi primam tonsuram appellat characterem clericalem. 4. ex eo quod in Trid. sess. 21. cap. 1. de reformatione dicitur: *Nihil pro collatione quorumcumque ordinum etiam clericalis tonsuræ accipiant, scilicet Episcopi. eamque partem communis sequuntur Canonistæ, quibus vnus vel alter Theologus suffragantur. ceterum communissimè Theologi sentiunt non esse ordinem, quorum sententia est omnino verior. vnde*

Dico, prima tonsura non est ordo. omnis variorum probationibus probari potest ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 2. 1. ex eo quod enumerans ordines nullam mentionem faciat primæ tonsuræ. 2. quod ordines diuidat in maiores, & minores, sub quibus constat primam tonsuram non comprehendere, cum Ecclesia solum agnoscat quatuor minores ordines. 3. ex eo quod doceat ministrorum ordines ita esse distributos, ut qui Clericali tonsurâ insigniti sunt, per minores ad maiores ascendant. ubi euidenter ostendit primam tonsuram non esse ordinem, sed aliquid ordinis prærequisitum.

Probatur 2. supra ostensum est ordinem, quod spectat ad præsens institutum, sumi vel pro spiritali potestate circa sacrificium, (quod etiam indicat Trid. supra) vel pro ordinatione, per quam confertur hæc potestas, per primam verò tonsuram nulla spiritalis potestas confertur respectu Eucharistiæ, sed solum constituitur aliquis in gradu eminentiore in Ecclesiâ. ex his Resp. ad argumenta.

6.

Definitio Ordinationis.

7.

Affirm. suadetur. Cap. cum contingat.

8.

Negativa opinio præfertur.

Prob. 1.

Prob. 2.

Ad

Satisfit ar-
gumentis
contrarijs.

Ad 1. dico nomen ordinis in illo capite sumi pro gradu in Ecclesiâ, absque vllâ tamen potestate spirituali, & proinde non sequi primam tonsuram esse ordinem prout vsu Ecclesiastico in hac materia sumitur. per quod

Respondetur ad 2. quod Alcuinus solum voluerit significare hominem per primam tonsuram constitui in gradu eminentiore supra ceteros fideles laicos, non verbò voluisse, quod per illam vlla spiritualis potestas conferatur.

Ad 3. dico per characterem clericalem, Pontificem solum voluisse significare destinationem ad statum clericalem.

Ad 4. dico satis patere de sententiâ Concil. Trid. ex cap. 2. citato. illo ergo cap. 1. sess. 21. solum vult non licere quidquam accipere, non solum pro collatione ordinum, sed etiam primæ tonsuræ, & quibusdam alijs, quæ ibi recenset.

D V B I V M III.

Quot sint ordines?

9. Respons.
Auctoris
ex commu-
ni.

RESP. ex communi sententiâ septem recenseri, scilicet ordinem sacerdotij, diaconatus, subdiaconatus, acolythi, exorcistæ, lectoris, ostiarij. patet ex Trid. sess. 23. cap. 2. eos enumerante. 2. ex Carthaginensi 4. eisdem recensente. 3. ex communi sensu, secundum quem ordo diuiditur in maiores, & minores, maiores autem tres statuuntur, minores quattuor.

Aduerte præter sacerdotij, & diaconatus ordinem cuius in scriptura aperta fit mentio, Patres antiquissimos aliorum meminisse, vt Caium Pontificem, & Cornelium, cuius tempore in Ecclesiâ erant eorum ministeria, vt patet ex epist. eius 3. ex quâ, & aliorum Patrum sententijs constat vsu minorum ordinum esse in Ecclesiâ antiquissimum. vbi tamen

Notandum Patres non semper omnes ordines recensere, sed modò hos, modò illos. cum enim plerique non intenderent exactè tradere, quot essent ordines, noluerunt operosè numerum recensere, sed prout res postulabat, modò hos, modò illos enumerabant, vt suo instituto adaptarent, quod nihil obstat numero ordinum à nobis posito.

Obiectio 1.

Dices 1. Carthaginensi 4. citatum, cap. 10. adiungit psalmistam.

Resp.

Resp. ex modo loquendi satis patere non ponere tanquam ordinem distinctum ab ordine lectoris. cum enim in alijs dixisset, *ordinatur*, de psalmistâ, seu cantore dicit: *Potest absque scientiâ Episcopi, sola inssione presbyteri officium suscipere cantandi*, quibus verbis indicat illud officium conferri sine ordinatione. 2. non refert, siue legas, siue cantes, igitur pro solo cantu non est opus ordine distincto ab ordine lectoris.

Obiectio 2.

Dices 2. aliqui plures alios adiungunt.

Resp.

Resp. eos non tam recensere ordines clericorum seruientium sacrificio, quàm Christianorum, quos in varias classes distribuunt, quamuis nullâ potestate spirituali sint præditi in ordine ad sacrificium.

Obiectio 3.

Dices 3. Episcopatus est ordo, vt patet ex Carthaginensi 4. & ex eo quod per ordinationem Episcopi conferatur quædam spiritualis potestas circa Eucharistiam, cum Episcopus possit sacerdotem ordinare, ergo sunt plures ordines.

Resp. 1.

Resp. neg. consequentiam, si consequens in-

telligatur, vt communiter intelligitur à Doctoribus asserentibus, tantum esse septem ordines, nam volunt esse solum septem ordines, quorum vnus essentialiter alium non supponat, sed subsistat collatus alicui, qui careat inferiori. v. g. quod sacerdotium sit ordo distinctus à diaconatu, non supponens essentialiter diaconatum, ita vt valida sit consecratio alicuius in sacerdotem, etiam si is non sit diaconus, & ita de reliquis: consecratio verò Episcopalis ita essentialiter prærequirit sacerdotalem, vt sine hac non subsistat. si quis enim tentet consecrare in Episcopum carentem ordine sacerdotali, nihil efficiet.

2. etiam dici posset in re esse octo ordines, communiter tamen dici esse septem, scilicet, qui passim vni, & eidem conferri soleant. nam communis vnus, & idem ab infimo ordine ascendit vsque ad sacerdotium, Episcopatum verò omnino pauci assequuntur.

Hi ordines varijs modis possunt diuidi. 1. in maiores & minores: maiores sunt sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus; alij sunt minores.

2. ex alio principio diuiduntur in sacros, & non sacros: quauis enim omnes ordines generali quadam ratione possint dici sacri, quia videlicet homo per illos Deo consecratur, & diuino cultui mancipatur; aliqui tamen peculiari quadam ratione dicuntur sacri, quia annexam habent continentiam, quam alij non habent.

3. diuiduntur in hierarchicos, & non hierarchicos: hierarchici sunt ordines sacerdotum, & diaconorum, quibus potiori iure addi potest Episcopatus, cum Episcopus ex suo gradu etiam sacerdotibus possit præesse.

Porro ad hunc ordinem etiam pertinere diaconos ex eo patet, quod licet sint ministri sacerdotum, plebi tamen possint præesse, eamque docere, baptizare, Eucharistiam ministrare, absente vel committente sacerdote ex graui causâ, idque peculiari suo iure, quorum nihil inferioribus ex suo gradu potest competere.

D V B I V M IV.

De officijs singulorum ordinum.

CVM ministerium sacerdotij nouæ legis sitre planè diuina, consentaneum fuit, quò dignius, & maiori cum veneratione posset exerceri, vt in Ecclesiâ ordinatissimâ dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent, vt Trid. sess. 23. cap. 2. ex quo intelligimus varietatem ordinum desumptam ex vario obsequio, quod præstari potest sacrificio.

Infimus ordo est Ostiarij seu ianitoris, cuius officium est templum aperire & claudere, custodire ad fideles admittendos, repellendos verbò infideles, & excommunicatos, de quo vt de ceteris videri potest Ordo Romanus, & ij qui ex professo tractant de ijs officijs.

Officium Lectoris est legere in Ecclesiâ in noturnis officijs, quæ ex vtroque testamento sunt legenda, etiam Euangelium, quod Episcopus est expositurus. addunt quidam & baptizandos instruere per modum catechismi, & minis solemniter.

Officium Exorcistæ est manus super energumenos, seu eos, qui vexantur à dæmone imponere, & eum legere exorcismos Ecclesiæ ad dæmones expellendos.

dos, vide Concilium Carthaginense 4. cap. 7. id autem eis competit ex sua ordinatione, siue energumini sint baptizati, siue solum catechumeni, ut Carthaginense cap. citato. unde aliqui existimant exorcismus competere officium exorcizandi catechumenos, licet non sint corporaliter a demone obsessi, quod alij probabilius negant, cum eorum munus ad solos energumenos curandos se extendat, & exorcismus solitus praemitti baptismo sit alterius generis.

Officium Acolythi est luminaria ad sacrificium preparare & tenere, cum Missa sacrificium peragitur, & maxime cum legitur Euangelium, unde & ceterofarius dicitur. eiusdem etiam est vceolos cum aqua, & vino subdiacono ministrare. Ordo Romanus videtur hunc cum exorcista confundere.

Ex his patet officia inferiorum ordinum sacrificio subseruire; ostiarius enim repellit indignos, dignos ad illud admittit; lector preparat animum, ut quis possit Missa sacrificio reuerenter interesse; exorcista remouet impedimenta, quibus aliquis posset arceri a tanto mysterio ex parte demonis, acolythus deseruit maioribus altaris ministris.

Officium subdiaconi est vinum & aquam ad altaris ministerium preparare, ministrare diacono, ei que porrigere calicem & patenam, in quibus ille prepararet materiam offerendam: item in Missa solemni epistolam canere, populi oblationes suscipere, & super altare ponere, ut insinuat in Romano Pontificali, pallas & corporalia ablueri.

Diacono competit ex officio Episcopo, & sacerdoti assistere in Missa sacrificio, Euangelium in Missa solemni canere, absente, vel graui de causa committente sacerdoti idem potest ex suo gradu praedicare, baptizare, Eucharistiam ministrare, de qua postrema functione in martyrio Sancti Laurentij, olim etiam oblationes recipiebat, & ponebat super altare.

Sacerdos ex vi ordinis potest Eucharistiam conficere, & ministrare, conferre baptismum, poenitentiam, extremam unctionem, praedicare, benedicere aquam, fructus, cereos, &c. & ex Pontificis concessione quadam facere, quae sunt propria Episcoporum.

Episcopis ex proprio gradu competit omnia sacramenta conficere, & conferre, praedicare, benedicere chrisma, & oleum infirmorum, item oleum catechumenorum, similiter templa, altaria, calices consecrare.

DVBIVM V.

Utrum ordinatio sacerdotum sit Sacramentum?

RESP. affirmatiue, est de fide, definitum in Trident. sess. 23. can. 4. *Si quis dixerit per Sacramentum ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: accipe Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit.* quo loco Concil. agit de sacerdotis ordinatione, per quam definit recipi Spiritum Sanctum & characterem. quibus verbis aperte definit esse Sacramentum, cum externus ritus quo gratia sanctificans confertur, sit Sacramentum, sitque indubitatum in Ecclesia eum ritum esse Sacramentum, per quem character imprimitur.

Confirm. 1. Concilium eo can. respicit ad caput 4. eiusdem sess. ubi damnat sententiam eorum, qui asserunt sacerdotes noui Testamenti temporariam tantummodo potestatem habere, & semel rite ordinatorum iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exercent. damnat inquam, ex eo quod per Sacramentum ordinis imprimatur character, qui nec deleri potest, nec auferri. ubi aperte docet sacerdotes constitui per Sacramentum ordinis, & proinde canon 4. & singula eius membra referuntur ad sacerdotem, ita ut Concilium non tantum definiat sacerdotem non posse fieri laicum, sed etiam per ordinationem recipere Spiritum Sanctum & characterem.

Confirm. 2. constat tum ex can. 1. de Sacramentis in genere sess. 7. tum ex can. 2. sess. 23. tum ex Flor. de fide esse ordinem esse Sacramentum. sed si de illo ordine id debeat asseri, omnino dicendum de ordine sacerdotis. quidquid enim sit de grauiorinota, quam meretur is, qui negaret alium ordinem praeter sacerdotium esse Sacramentum, is non esset censendus haereticus.

Probatur ex Apostolo 1. ad Timotheum 5. *Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* ex quo loco dub. 1. ostendimus ordinem esse Sacramentum: ibi autem agitur de ordinatione sacerdotis.

Probatur 2. ex Patribus qui agentes de Sacramento ordinis praecipue intelliguntur de ordine sacerdotali. expressè etiam Chrysost. lib. 3. de sacerdotio in initio dicit; *Sacerdotium in terrâ peragitur, sed in verum caelestium classem, ordinemque referendum est.* Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 46. docet illis verbis Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum* collatum fuisse gratiam Apostolis, qua sanctificarentur.

Aduerte completam sacerdotis ordinationem constare duabus partialibus ordinationibus, vna, per quam datur illi potestas offerendi, & conficiendi verum Christi corpus, & sanguinem, per quam ordinatur respectu veri Corporis Christi; altera, per qua datur ei potestas supra corpus Christi mysticum, seu qua datur potestas fideles sanctificandi, & ad legitimam Eucharistia susceptionem disponendi. has ordinationes esse distinctas constat 1. ex diuersa materia, & forma, de quo infra. 2. ex diuerso fine. 3. ex tempore quo conferuntur, nam, ut patet ex Romano Pontificali, secunda ordinatio fit aliquanto tempore post primam. 4. ex diuerso tempore, quo sunt a Christo institutae: prior est instituta ante passionem in vltima cenâ, posterior Ioan. 20. post resurrectionem. 5. ex eo quod prior consecratio possit subsistere sine posteriore, nam si Episcopus peracta priore ordinatione, vel ex malitia, vel ex impotentia non procederet ad posteriorem, ita ordinatus validè consecraret, & offerret sacrificium, & satis patet in Apostolis priorem consecrationem & potestatem fuisse aliquanto tempore sine posteriore.

Non solum prior ordinatio est Sacramentum, sed etiam secunda, ut patet ex Ioan. 20. quo loco Apostoli sunt sanctificati receptione potestatis remittendi peccata. patet etiam ex cap. citato ad Timotheum, in quo expressè agitur de secundâ ordinatione sacerdotis, quae fit manuum impositione, ut infra. 3. ex Trid. canone 4. citato, ubi definitur per ordinationem dari Spiritum Sanctum & Episcopos non frustra dicere: *Accipe Spiritum Sanctum*, quae verba dicuntur in secundâ ordinatione, & in illa sola sunt essentialia, item ex eo quod

Trident.

1. Tim. 5.

Prob. 1. ex PP.

Chrysost.

Cyrrill.

25.

Completa sacerdotis ordinatio duabus partialibus constat.

26.

Vtraque ordinatio est Sacramentum.

Trident. sess. 14. cap. 3. de extremâ vñctione doceat ministrum extremæ vñctionis esse Episcopum, aut sacerdotem ritè ordinatum per impositionem manuum presbyterij, & cap. 1. de Sacramento penitentiæ eadem sess. satis indicet per illa verba: *Accipite Spiritum Sanctum* &c. sacerdotes recipere potestatem remittendi peccata: quod clarius docet cap. 6. patet etiam ex Cyrillo loco citato.

27.

Coroll.

Ex quibus patet has ordinationes posse dici duo partialia Sacramenta; per quorum singula peculiaris potestas conferatur, ita ut solum ordinatus priori ordinatione non possit etiam validè exercere actus posterioris, ut colligi potest ex Trid. sess. 14. locis citatis. v. g. non possit validè absolvere, conferre Sacramentum extreme vñctionis, quia tamen huiusmodi potestates sunt subordinatæ, ex illis ordinationibus constat vnum Sacramentum, per quod sacerdos perfectus statuitur.

Nec ex eo quod sint duæ illæ ordinationes sacerdotis, augetur numerus ordinum, ut supra in simili diximus de Episcopatu, quia secunda ita intrinsecè supponit priorem, ut si quis tentet secundam conferre non ordinato priori ordinatione, nihil sit facturus, neque is, circa quem huiusmodi ordinatio est attentata, sit recepturus ullam potestatem ordinis ad fideles sanctificandos, & proinde non possit validè conficere vllum Sacramentum requirens ordinem, eo quod potestas ordinis in corpore Christi mysticum ex divinâ institutione supponat potestatem in Corpore Christi verum.

28.

Coroll. 1.
contra hæreticos,
Trid.

Ex dictis refellitur 1. error hæreticorum docentium omnes Christianos esse propriè dictos sacerdotes, qui error refellitur à Trident. sess. 23. cap. 4. & patet: nullus habet potestatem offerendi sacrificium, nisi sit legitime ordinatus, quam ordinationem non omnes Christiani recipiunt.

August.

Hieron.

Concil. Lateran.
Cap. 21.
fami-
ter.

Confirm. ex Aug. serm. 49. de verbis Domini asserente sacerdotes offerre sacrificium, quod laicis non licet. idem docet Hieron. dialogo contra Luciferianos num. 46. & sequentibus. idem statuitur in Concil. Lateranensi sub Innoc. 3. refertur cap. 2. de sanctissimâ Trinitate, ubi dicitur: *Et hoc ritusque Sacramentum* (scilicet corporis & sanguinis Christi) *nemo potest conficere nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum claves Ecclesiæ.*

Occurrit
obiectioni.

Nec repugnat scriptura 1. Petri 2. dicens: *Vos autem genus electum, regale sacerdotum;* quia eo loco, & similibus, quibus id videtur dici de omnibus Christianis, vel nomen sacerdotis latè sumitur, quemadmodum & nomen sacrificij illi respondens, solumque significatur vnumquemque Christianum debere offerre Deo internas, & spirituales hostias, & per consequens sacrificium, prout illud dicit omne opus virtutis, quod eo refertur, ut sanctâ societate Deo inhareatur, quæ explicatio ex eodem Apostolo facillè colligi potest; vel dicendum Apostolum eâ sententiâ solum velle in solâ Ecclesiâ esse verum sacerdotium, & sacrificium, quamvis non omnes in eâ sint sacerdotes.

Coroll. 2.

Trident.

Refellitur 2. error asserentium ordinationem esse solum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum, quod damnat Trid. sess. 23. can. 3.

Coroll. 3.

August.

Refellitur 3. error asserentium, quod sacerdos possit rursus fieri laicus, quod reprobatur Trid. sess. citatâ, cap. 4. & can. 4. & patet ex eo quod per ordinationem sacerdotis imprimatur character indelebilis, unde Aug. lib. de bono coniugali cap. 24. asserit in omnibus ordinatis manere Sacramentum

ordinationis, etiam si plebem non regant, vel ob culpam ab officio remoti fuerint.

Peres, an Christus hoc Sacramentum contulerit? Suarez tomo 3. disp. 32. sect. 2. §. dicendum sub Sacramento ordinasse Apostolos non Sacramento ministrando, sed altiori modo, quod etiam censet tomo 4. quæst. 84. art. 7. in fine commentarij.

Sed longè probabilius est contrarium, quod docet Ruard. art. 17. §. de materia, Vasquez tomo 3. in 3. partem disp. 239. cap. 1. indicat Scotus dist. 24. quæst. unica in 1. articulo §. tertio sequitur, & communis tenent Theologi, & quidem, quod Apostolos ordinaverit posteriori ordinatione sacramentali probatur ex Trid. sess. 14. cap. 1. de penitentiâ, dicente, quod Christus Sacramentum penitentiæ instituit, cum à mortuis excitatus insufflavit in discipulos dicens: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* quo tam insigni factis, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam uniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Ex quo patet Apostolis datam potestatem remittendi peccata signo aliquo sensibili, quod signum, & rationem ordinis & Sacramenti participavit, nam per illa verba iidem Apostoli sunt consecuti gratiam, quâ sanctificarentur, ut Cyrillus supra.

Confirm. sacerdotes per illam ordinationem recipiunt Spiritum Sanctum, ut idem Trident. sess. 23. can. 4. ergo idem de Apostolis censendum, cum non substat ratio asserendi per eum ritum, per quem sacerdotes successores Apostolorum sanctificantur, Apostolos non fuisse sanctificatos.

Nec obstat, quod manus non legantur impositæ Apostolis, quia longè verius est impositas, quamvis scriptura non exprimat. adde quod licet daremus non fuisse impositas, & ordinationem Apostolorum eatenus non respondere per omnia ordinationi sacerdotum, tamen ex loco Ioan. iuxta intellectum Trid. habeamus potestatem illis traditam signo sensibili, sicut & sacerdotibus, & non illo altiori modo, de quo Suarez.

Quoad priorem verò ordinationem probari potest ex eodem Trid. sess. 22. cap. 1. docente Christum corpus & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulisse, ac sub earum rerum symbolis Apostolis, quos tunc noui Testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidisse, & ipsidem, eorumque in sacerdotio successores, ut offerrent, præcepisse per hæc verba: *Hic facite in meam commemorationem*, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit, quibus verbis indicat Apostolos ordinatos sacerdotes externo aliquo signo, scilicet traditione Eucharistiæ, & eâ verborum formâ, quâ præcepit, ut sacrificium offerrent, quæ forma si antecedentia & consequentia spectentur, facillè aduertitur sensu convenire cum formâ usurpata solitâ in priori sacerdotis ordinatione.

Confirm. fuerunt ordinati per Sacramentum propriè dictum secundâ ordinatione, ut iam ostensum est, ergo verius est etiam priorem ordinationem fuisse Sacramentum.

D V B I V M VI.

Vtrum ordinatio Episcopi sit Sa-
mentum?

30.

Prior sent.
neg. D. I. b.
Bonau.
Sotus.Posterior
sent.
Sot.
Durand.
Palud.
Nauarr.

31.

Supposi-
tio 1.

Dionys.

Anaclet.

Leo.

32.

Supposi-
tio 2.

33.

Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.Censur. as-
sum.Prob. 1. ex
1. Tim. 1.

D VPLEX est hac de re sententia.

Prior negat, quam tenent plures antiqui cum Magistro in 4. dist. 24. D. Thom. quæst. 3. art. 2. quæst. 2. Bonau. 2. parte dist. art. 2. quæst. 3. & alij, quos sequitur Sotus quæst. 2. art. 3. immerito asserens esse communem, eamque censet probabilem Suarez tom. 3. disp. 11. sect. 3. §. solum possit.

Posterior asserit, quam indicat Sotus dist. 24. quæst. vnica, si conferantur ea quæ tradit §. ad argumenta, sub finem, cum art. 2. & 3. tenet Durand. quæst. 6. Palud. dist. 25. quæst. 1. art. 2. Nicolaus de Nysse tract. 6. quæst. de ordine, & plures Soto antiquiores, quibus subscribunt Nauarr. cap. 22. num. 18. & passim recentiores. quam sententiam aliqui ita putant esse veram, vt hoc tempore absque notâ negari non possit, alij censent priorem iam esse periculosam.

Suppono 1. Episcopatum non tantum esse ordinem, prout dicit gradum quemdam eminentiorem, sed etiam, vt significat potestatem quamdam spirituales, quod tradit Dionysius Areopagita cap. 5. Ecclesiasticæ hierarchiæ, distinguens tres sacros ordines diaconorum, presbyterorum, Episcoporum, & singulis tribuens suos actus, & functiones. Anacletus epist. 3. docens diuinitus institutos à Christo ordines, scilicet Episcoporum, & sacerdotum. Leo epist. 84. cap. 4. dicens primum ordinem esse Episcopalem, & plures alij.

Suppono 2. ordinem Episcopalem esse à Christo institutum, vt patet ex Anacleto citato, & ex Trid. sess. 23. can. 6. definiente hierarchiam Ecclesiasticam diuinâ ordinatione institutam constare Episcopis, presbyteris, ministris. vide caput 4. eiusdem sess. his præmissis Resp. &

Dico, omnino verius est ordinationem Episcopalem esse verum, & propriè dictum Sacramentum.

Probat. 1. ex Apostolo 2. ad Timotheum cap. 1. ad hunc tenorem, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. quo loco agitur de ordinatione, quæ est Sacramentum. agitur autem de ordinatione Episcopali iuxta communem expositionem interpretum, & patet, si conferatur prædicta sententia cum alterâ prioris epistolæ cap. 4. noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. item si conferatur cum cap. 5. in quo Apostolus eum digne in suo munere Episcopali, inter cetera dicens: aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. & manus cito nemini imponis, neque communicaueris peccatis alienis. quibus verbis monet, vt magnâ circumspeditione consecret sacerdotes, quod est Episcopi.

Prima propositio probatur: Trid. sess. 23. cap. 3. ex illo loco 2. ad Timotheum docet ordinem esse vnum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, partim supponens, partim indicans Apostolum eo loco agere de ordinatione, quæ sit Sacramentum.

2. Ex eodem Trid. cap. 3. citato & can. 6. coniuncto cum tertio patet Episcopum pertinentem ad hierarchiam Ecclesiasticam creati sacrâ ordinatione, per quam detur Spiritus Sanctus, ergo ex mente Concilij dicendum ordinationem Episcopi

esse Sacramentum. 3. Patres in eam sententiam magis propendunt, vt Dionys. Anacletus, Leo & alij; & Ambros. lib. de dignitate sacerdotali cap. 5. dicens: quis dat, frater, Episcopalem gratiam, Deus an homo? respondes sine dubio, Deus, sed tamen per hominem dat Deus, homo imponit manus, Deus largitur gratiam. vbi indicat per consecrationem, & ordinationem Episcopalem gratiam sanctificantem conferri.

4. Episcopus ex suo gradu potest conferre duo excellentissima Sacramenta, scilicet ordinem & confirmationem, quarum functionum reliqui inferioris ordinis nullam habet potestatem, vt Trid. sess. citatâ, cap. 4. ad has autem functiones ritè obsequandas opus habet gratiâ sanctificatâ, ergo omnino verius est eam accipere per suam ordinationem, & proinde illam esse Sacramentum.

Confr. Christus instituit Sacramenta pro functione, & sine longè inferiori.

5. Ordinatio Episcopalis legitime facta nullo modo potest irritari, vel iterari, & potestas per illam accepta nullâ ratione potest amitti, nec vllâ Ecclesiæ prohibitionem fieri potest, vt sic ordinatus impediatur validè functionem ordinis Episcopalis exercere, ergo per illam ordinationem imprimatur character, ergo est Sacramentum, cum in Ecclesiâ inauditum sit imprimi characterem sine Sacramento. 2. character non possit esse ex constitutione Ecclesiastica, sed solum ex diuinâ, Deus autem non constituit characteres, qui non sint effectus Sacramentorum. præterea in subiecto disposito character non infundatur sine gratiâ: ex quibus conficitur gratiam conferri per ordinationem Episcopalem, & ita nihil illi deesse ad rationem Sacramenti.

Dices 1. non ideo Episcopalem ordinationem esse interabilem, quod character indelebilis imprimatur, sed quod remaneat consecratio, quæ non perit permanente subiecto, vt patet in consecratione altaris, calicis, Abbatis, &c.

Resp. 1. id non satisfacere. nam ex argumento concludi non potest, quod Episcopus non possit impediri, ne suas functiones validè exerceat, nec potest concludi illum habere potestatem indelebilem: poterit ergo Ecclesiâ, non obstante tali consecratione, impedire, ne validè exeat in actum.

Resp. 2. neque dici posse quod assumit argumentum, quia iuxta illud ex solo præcepto Ecclesiastico oriretur, quod consecratio Episcopi repeti non posset, & Ecclesiâ posset constituere, vt in certis casibus censeretur perire, quemadmodum potest constituere, vt consecratio altaris, vel templi certis casibus censeretur perire, & repeti debeat, neque ex rei naturâ oritur, quod hæc nequeant iteratò consecrari: id autem dici nequit de Episcopali consecratione, igitur omnino asserendum per illam ex diuinâ institutione imprimi characterem indelebilem, ratione cuius nullâ potestate creatâ possit repeti, & potestas per illam collata deperdi.

Dices 2. ad id sufficere, si prior character, scilicet sacerdotalis extendatur, non verò vllus de nouo imprimatur.

Resp. argumentum petere difficultatem infra tractandâ, quidquid dicatur, non fit sine Sacramento.

Contra hanc conclusionem varia congerit Sotus supra, quæ non magnopere vrgent. 1. quod communi sensu sint tantum septem ordines. dubio enim 3. ostendimus quo sensu id possit intelligi, quamuis Episcopatus sit ordo.

Aaaa

2. Quod

2. Quod ordines constituentur per respectum ad Eucharistiam. dubio enim citato ostendimus etiam Episcopum dicere aliquem ordinem ad Eucharistiam, quatenus potest consecrare legitimum eius ministrum.

3. Quod is, qui non est sacerdos, non possit validè consecrari in Episcopum, cum in alijs videamus ordinem superiorem validè conferri carenti inferiori. sed ad hoc etiam respondimus dubio citato: concedo ergo quod assumitur, sed dico id non oriri ex eo quod consecratio Episcopalis non sit Sacramentum, sed ex eo quod Episcopus sit sacerdos, ut patet ex Anacleto citato recensente duos ordines sacerdotum à Domino constitutos, item ex Eusebio epist. 3. ad Episcopos Tusciae, & Campaniae, vocante Episcopos summos sacerdotes, & alijs. item ex eo quod potestas ordinis ad sanctificandos fideles per consecrationem Sacramentorum supponat potestatem in corpus Christi verum.

4. Si per consecrationem Episcopalem imprimeretur character, is esset dignior sacerdotali, quod falsum est, cum nulla detur excellentior potestas quam potestas conficiendi corpus Christi. verum.

Resp. si character Episcopalis præcisè sumatur, prout superadditur, & suo modo distinguitur à sacerdotali, nego assumptum, quia ut argumentum ostendit, potestas sacerdotis, prout distinguitur ab aliâ potestate præcisè sumptâ, est omnium maxima; si tamen Episcopus sumatur, ut includit gradum sacerdotalem, dignior est sacerdote, cum habeat totam eius dignitatem, & insuper aliam ex suo gradu participet, per quam ad plura se extendit, quam simplex sacerdos.

5. Ex eo quod Sacramentum ordinis conferatur in sabbato.

Resp. id esse leuius quam ut inducat aliquem ad negandum aliquam consecrationem esse Sacramentum, cum determinatio temporis oriaturs ex constitutione Ecclesiastica, possetque etiam sacerdotium conferri in Dominica, adde hierarchiam congruè consecrari die Dominico præcipuo die septimanæ.

6. Ex eo quod non appareat materia, & forma Sacramenti in consecratione Episcopi.

Resp. neg. assumptum, de quo infra.

Petes, quandonam ordo Episcopalis fuerit institutus?

Resp. videri institutum Ioann. 20. quando Christus Dominus insufflauit, & dixit Apostolis: accipite Spiritum S. ubi Christus videtur Apostolos consecrasset in Episcopos, concedens eis amplissimam ordinis potestatem in corpus mysticum Ecclesie.

Dices, eo loco sunt creati sacerdotes quoad secundam potestatem, ut patet ex Trid. sess. 14. cap. 1. & 6. de Sacramento penitentiae.

Resp. quidem fuisse ordinatos sacerdotes, sed simul etiam Episcopos.

Dices non potuerunt per prædicta verba ordinari in Episcopos, cum antequam illa proferrentur, non haberent potestatem sacerdotalem ad remittenda peccata, quam necessariò supponit ordo Episcopalis, ut etiam diximus, nec apparet, quibus alijs verbis illius capitis fuerit creati.

Confir. in ordinatione Episcopi dicitur: accipe Spiritum S. sine addito, quorum remisit peccata, quæ tamen tunc à Christo Apostolis dicta sunt.

Resp. quamuis ante verba citata non fuerint sacerdotes, ut probat argumentum, potuisse tamen

per illa ordinari in Episcopos, ita ut per illa duplicem ordinationem acceperint, sacerdotalem & Episcopalem, & fuisse ordinatos sacerdotes his verbis, quatenus subsequenti adiungebantur ut pars formæ, quæ non referebantur ad ordinationem Episcopalem.

Dices, inde sequi prius ordinatos Episcopos, quam sacerdotes, cum forma illius ordinis prius fuerit absoluta.

Resp. non sequi, quia materia, scilicet manuum impositio potuit non prius fieri, quam omnia verba proferrentur.

Dico ergo quod Christus per illam eandem ceremoniam creauerit Apostolos sacerdotes quoad potestatem remittendi peccata, quatenus habet annexa subsequenti verba, scilicet: quorum remisistis &c. & per eandem spectatam sine addito, illos eisdem creauerit Episcopos, eisque contulerit potestatem ordinis Episcopalis.

Dices, videntur creati Matth. ultimo, quando Christus dixit: data est mihi omnis potestas in celo & in terra, cunctis ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c. ita Valq. disp. 242. cap. 7. num. 56. quia munus Episcopi est prædicare, etiam gentibus.

Resp. neg. assumptum ad probationem dico quod licet illud sit munus Episcopi, non tamen sit solum, nec præcipuum, sed munus eiusdem sit etiam sanctificare per collationem duorum sublimium Sacramentorum, scilicet confirmationis & ordinis. adde eo loco Matth. non tam dari potestatem prædicandi, quam imponi præceptum, certè eadem potestas non minus confertur Ioan. 20. per illa verba: sicut misit me viuens Pater & ego mitto vos, accipite Spiritum S. &c. quam verbis Matth. relatis.

D V B I V M VII.

Utrum Episcopus sit maior presbytero, & quo iure?

A PRIVS teste Epiphonio hæresi 75. & Aug. de hæresibus hæresi 53. sensit Episcopum nullo modo differre à presbytero, quem errorem secutus est Wicleff, teste Waldensi, tomo 1. doctrinalis fidei, lib. 2. cap. 60. uterque verò hunc errorem sectatus est, quod spe obtinendi Episcopatus excidisset, fuissetque alijs postpositus.

Sed certè fide tenendum est aliquo tandem modo Episcopum esse presbytero superiorem. definitur in Trident. sess. 23. can. 7. Si quis dixerit Episcopos non esse presbyteris superiores, anathema sit. idem non obscure definitur can. 6. ubi non solum definitur in Ecclesia esse diuersos gradus, sed etiam insinuat inter eos vnum altero esse superiorem, quod etiam insinuat cap. 4. eiusdem sess. ubi declaratur præter ceteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipuè pertinere. & dicuntur Episcopi successisse Apostolis, & præcipuè ad hierarchiam Ecclesiasticam pertinere, non obscure indicatur eos esse in sublimiori gradu, quam sint presbyteri.

Eadem veritas probatur 1. ex scripturâ, 1. ad Timotheum 5. aduersus presbyterum accusationem non recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus, ex quo patet Episcopum esse iudicem presbyteri, & proinde eo superiorem.

Probatur 2. ex epist. 3. Anacleti dicentis ordinem

Episco-

36.
Petitio.

Resp.
Ioan. 20.

37.
Obiectio.

Resp.

Replica.

Resp.

Episcoporum, & sacerdotum à Domino constitutum, & nullum alium ordinem sacerdotum à Deo collatum, ex quo deducitur ordinem Episcopalem esse distinctum à sacerdotali, eoque superiorem. Eusebio epist. 3. ad Episcopos Tusciae & Campaniae: *Manus impositionis Sacramentum magnâ veneratione tenendum, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus.* vbi Episcopi vocantur summi sacerdotes. Melchiae ad Episcopos Hispaniae eisdem vocante maiores, scilicet sacerdotes. Innocent. 1. epist. 1. cap. 3. dicente: *Presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent.* quibus addi possunt Damalus epist. 4. de Chorepiscopis, Leo epist. 84. cap. 4. Ioannes 3. epist. contra eisdem Chorepiscopos, & alij.

Prob. 3. ex Trid. citatâ Ioannis 3. & alijs tradentibus Episcopos succedere Apostolis, sacerdotes verò septuaginta duobus discipulis, item ex eo quod constat Episcopos posse conferre Sacramenta Confirmationis, & Ordinis, quæ saltem absq; summi Pontificis concessione nullo modo possunt simplices sacerdotes; & ex eo quod hierarchia Ecclesiastica postulet, vt inter sacerdotes aliqui alijs sint superiores.

Ex quibus patet 1. Episcopos non hoc solum sensu esse maiores presbyteris, quod sint constituti in eminentiori gradu sine vllâ potestate supra potestatem simplicium sacerdotum, sed quod maiorem habeant potestatem, patet ex Apostolo, Pontificibus, Trident. cap. 4. citato, & ex ratione à nobis factâ.

Patet 2. hanc superioritatem, in genere loquendo, non esse iniuriis Ecclesiasticis, sed etiam diuini, quo iure Ecclesiastica hierarchia est ordinata, vt definit Trident. can. 6. citato, præterea idem Trident. cap. 4. citato docet Episcopum ita competere posse ordinare, & Confirmationis Sacramentum conferre, vt circa illa inferiores nihil possint, quod non potest oriri ex iure Ecclesiastico, sed necessariò ex diuino: ex quibus constat Episcopum potestatem ordinis iure diuino esse superiorem simplicis sacerdote.

Patet 3. eundem esse superiorem potestate iurisdictionis, nam ad iurisdictionis potestatem pertinet recipere accusationem. videri etiam potest Apostolus ad Titum 1. dicens: *huius rei gratia reliquit te Creta, vt ea, quæ desunt corrigas,* quod est iurisdictionis, praxis etiam Ecclesiastica docet Episcopos iudicare presbyteros, excommunicare eisdem, potestatem eis delegare, quæ arguunt Episcopos quoad iurisdictionem esse sacerdotibus superiores.

Obijciunt 1. quod Episcopi, & presbyteri docente scriptura sint iidem, vt patet Act. 20. à Miletomittens (scilicet Apostolus Paulus) *Epheſum vocauit maiores natu Ecclesie, quos alloquens infra ait: attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, vbi iidem sunt maiores natu, iue presbyteri, & Episcopi.* ad Philippenses 1. Paulus & Timotheus seruus Iesu Christi omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & diaconibus; vbi constat Episcopum eundem esse cum presbytero. ad Titum 1. post verba paulò ante à nobis citata dicitur: *& constituas per civitates presbyteros, sicut & disposui tibi,* vbi nomen presbyteri significare Episcopum patet ex sequentibus: nam postquam descripsisset, quales deberet presbyteros constituere, ait: *opor-*

tet enim Episcopum sine crimine esse &c. vbi vtens modò nomine presbyteri, modò nomine Episcopi, satis indicat eundem esse presbyterum, & Episcopum, & proinde non esse discrimen inter presbyterum, & Episcopum.

Resp. negari non posse, quin nomen Episcopi interdum in sacris litteris sumatur pro presbytero, vt patet ex 2. loco, & nomen presbyteri pro Episcopo, vt primo, & tertio loco: nego tamen inde sequi non esse discrimen inter Episcopum & presbyterum, quem communi vocabulo nominamus sacerdotem. quod ex ipsamet scripturâ, & totâ antiquitate satis patet.

Notandum ergo nomen Episcopi, quod secundum etymologiam significat inspectorem, & nomen presbyteri, quod significat seniores, interdum generaliter accipi, interdum specialiter. nomen Episcopi generaliter sumptum interdum tribuitur presbyteris, vt ad Philippenses 1. cum ex eo quod in vna, & eadem ciuitate nunquam simul fuerint plures Episcopi, qui eam administrarent, tum ex eo quod Apostolus immediatè post Episcopos ponat diaconos. fuit verò nomen Episcopi tributum presbytero, quod aliqua cura illi cõgruè posset demandari, atque adeo interdum demandaretur. nomen etiam presbyteri generaliter sumptum Episcopo est tributum, eò quod senex, & ætate prouectus communiter regimini aptior esse soleat, & proinde illud nomen, quod est ætatis, pro nomine officij sumptum est. cum quo tamen optimè consistit quod eadem scriptura agnoscat discrimen inter Episcopum, & simplicem sacerdotem, quodque inter eisdem verum discriminè sit constituendum, si illa specialiter sumantur, prout sumi nomen Episcopi in Actibus Apostolorum communiùs docetur, & ipse contextus satis declarat. similiter Trid. cap. 4. citatum, quod verba citata Actorum intelligit de Episcopis propriè dictis, & prout similiter nomen presbyteri sumitur specialiter ad Timotheum 5. cum dicitur: *aduersus presbyterum accusationem non recipere.*

Obijciunt 2. August. qui epist. 19. ad Hieron. post medium dicit secundum honorem vocabula, quæ nunc vsus obtinuit, Episcopum esse presbytero maiorem. vbi inter Episcopum, & simplicem sacerdotem videtur agnoscere solam nominis prærogatiuam.

Resp. quod August. sentiat Episcopum esse maiorem presbytero, satis constat ex eo quod sententiam Aërij inter hæreses reponat: loco ergo citato solum vult, quod diximus, nempe non semper fuisse nominum distinctionem, sed aliquando Episcopum nominatum presbyterum, & è contra, saluâ semper dignitatis, & potestatis prærogatiuâ in Episcopo.

Obijciunt 3. S. Ignatius epist. ad Smyrnenſes: *sacerdotum est omnium bonorum, in hominibus summa.*

Resp. ex eadem epist. constare quid censet Ignatius de dignitate Episcopi supra sacerdotes, cum dicat: *omnes Episcopum sequimini, vt & Christus Iesus Patrem, & presbyterorum ceterum, vt Apostolos, item: Episcopum autem (scilicet honora) vt sacerdotum principem.* 3. laici diaconis subditi sunt, diaconi presbyteris, presbyteri Episcopo. sententiâ ergo in argumento citatâ non opponit ordinem Episcopalem sacerdotali, sed sub illo comprehendit, eò quod Episcopus sit summus sacerdos, quem Regi præfert, vt patet ex textu.

Obijciunt 4. Chrysostom. in caput 3. r. ad Timotheum

Resp.

42.

Nomen Episcopi & presbyteri aliquando generaliter, aliquando specialiter in scripturâ sumuntur.

1. Tim. 5.

43.

Obiectio 2.

ex August.

44.

Obiectio 3.

ex Ignat.

45.

Obiectio 4.

ex Chrysost.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

theum homilia 11. qui censet ideo Apostolum eo loco nullam fecisse mentionem presbyterorum, quod inter Episcopum, & presbyterum interest ferme nihil.

Resp. ex illis ipsis verbis Chrysostomum agnoscere aliquod discrimen, & censere Episcopum superiorem esse presbytero.

Obiectio 5. Obijciunt 5. Hieronymus in caput 1. ad Titum: idem est presbyter, qui & Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cephas, communis presbyterorum consilio Ecclesia gubernabatur: postquam vero unusquisque eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis Ecclesia cura pertineret, & schismatum semina tollerentur.

Resp. 1. quemadmodum ad aliud propositum ipsemet Hieron. dixit: maior est autoritas orbis vrbe, ita si nihil aliud occurreret, salua reuerentia, quae tanto Patri debetur, dicere possemus: maior est plurimorum Pontificum, Patrum, & Conciliorum autoritas, quam vnius Hieronymi.

Resp. 2. eum nullo modo fauere haereticis, cum aperte discrimen agnoscat inter Episcopum, & simplicem presbyterum epist. 85. ad Euagrium dicens: quid facit Episcopus, excepta ordinatione, quod presbyter non faciat? ulterius dico Hieronymum loco citato ad Titum videri solum velle, quod cum in initio in quibusdam Ecclesijs res communi consilio sacerdotum gubernarentur, tamen propter schismata decretum fuerit ut illo modo sublato regimen penes vnum Episcopum constitueretur, ut patet ex epist. citata ad Euagrium.

Ex quibus patet quosdam immerito existimare Hieron. eiusdem cum haereticis fuisse sententiae, cum in Episcopo agnoscat eminentiorem potestatem ordinis, & proinde iure diuino; cum non sit existimandum Hieron. voluisse, & censuisse potestatem ordinis proficisci ab Ecclesia, quasi sola constitutione Ecclesiastica interdictum esset sacerdotibus ordines conferre: haeretici autem nullam iure diuino agnoscunt disparitatem inter Episcopum, & presbyterum, sed solum Ecclesiastico, & quidem existimant illicitè huiusmodi discrimen ab Ecclesia introductum, sola tyrannica Ecclesiae constitutione: Hieron. verò nullo modo improbat hanc constitutionem, quamvis existimet ex causa minus decenti ortam, quod colligi potest ex epist. ad Euagrium citata.

Replica. Contra: censet presbyteros in ciuitatibus vnum sibi elegisse, qui ceteris superponeretur, ergo saltem censet Episcopum solo iure Ecclesiastico esse superiorem presbyteris.

Resp. Ita aliqui sed si intelligant Hieron. velle Episcopum solo iure Ecclesiastico esse superiorem quoad potestatem ordinis, nullo modo probari potest, quia illa bene consistunt, aliquem eligi à ceteris sacerdotum illis praeficiendum, qui tamen legitime ordinatus iure diuino sit superior potestate ordinis; si verò velint Hieron. existimare Episcopum solo iure humano superiorem esse alijs presbyteris potestate iurisdictionis, nullo modo notari potest, cum sit variorum sententia.

His tanquam certis, & apud Catholicos indubitatis:

Difficultas est, quo iure Episcopus sit superior sacerdote, quoad potestatem iurisdictionis: Varij censent diuino, Sotus distinct. 2. 4. quest. 2. art. 2. conclus. 2. Eiusdem eadem dist. 8. 25. Valquez disp. 240. cap. 4. num. 4. 1. quae sententia

Probat 1. ex Anacletro docente duos ordines à Domino constitutos Episcoporum, & sacerdotum. Dionysio cap. 5. Ecclesiastica hierarchia tam distinguente inter Episcopum, & sacerdotem, quam inter sacerdotem, & diaconum. Ignatio loco citato & alibi, indicante Episcopum non minus esse superiorem sacerdote, quam sacerdotem diacono. ex Trident. sess. 23. can. 6. definiente Ecclesiastica hierarchia diuina ordinatione institutam constare Episcopis, presbyteris, ministris scilicet, quorum vnus altero sit superior.

Alii tamen censent quod solo iure humano. Bellarm. lib. 4. de Pontifice cap. 24. sequiturque ex iis quae tradit Suarez de potestate iurisdictionis in foro poenitentiae tomo 4. iunctis iis quae idem tradit tomo 5. de potestate ferendi censuras, & ex iis quae tradit lib. 4. de legibus cap. 4. num. 5. vbi fuse ostendit potestatem legislatiuam esse in Episcopis iure humano. insinuat Palud. dist. 24. quaest. 6. art. 1.

Hac sententia videtur probabilior, iuxta quam Dico Episcopum iure humano habere iurisdictionem, & eo solo iure quoad iurisdictionem esse superiorem sacerdote.

Probat 1. ex Chrysostom. homilia 11. citata in priorem ad Timotheum: inter Episcopum atque presbyterum interest ferme nihil, quippe & presbyteris Ecclesia cura permittitur, & quia de Episcopis dixit, eadem presbyteris conueniunt, sola quippe ordinatione superiores illis sunt. vbi Chrysostom. videtur indicare Episcopos quoad iurisdictionem solo iure humano esse superiores presbyteris. Leone 1. ferm. 3. de assumptione sua ad Pontificatum: si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid alijs non negauit. citari etiam potest Hieron. locis supra relatis, qui licet à quibusdam reprehendatur, tamen iure reprehendi non potest.

Probat 2. constat posse dari Episcopum consecratum, qui nullam habeat iurisdictionem: nam minus probatur, quod dicunt alii habere iurisdictionem actiuam, seu quid quod requiritur ex parte principii, sed non habere materiam applicatam, sed applicationem fieri per Ecclesiam.

Confir. 1. Pontifex, ut refert Bell. cap. citato in fine, creans Episcopos utitur his verbis: provideamus Ecclesiae tali, de tali persona &c. committebantur ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus: quibus verbis non solum materia videtur applicari, sed etiam videtur dari ipsa iurdictio actiua, cum id sonet administratio non minus quoad spiritualia, quam quoad temporalia: concessio autem administrationis in temporalibus dicit concessionem vere facultatis, & potestatis moralis agendi.

Confirmatur, 2. Pontifex dicitur subtrahere Episcopis iurisdictionem, restringere, ampliare: haec autem proprie designant non applicationem vel subtractionem materiae, sed ipsius moralis facultatis.

Ex quibus soluitur ratio, quae conantur aliqui ostendere Episcopos iure diuino esse superiores sacerdotibus potestate iurisdictionis, aliqui presbyteris fieret iniuria, ad quod

Dico. argumentum posse vim habere, si diceretur vtriusque iurisdictionis diuino iure competere, non verò si eo iure neutri competat.

2. tamen dico, etiam posita hypothese nullam presbyteris irrogari iniuriam, cum omnium sententia sit facendum illam potestatem concedi dependenter à Pontifice, qui iusta de causâ propter bonum Ecclesiæ posset eam potestatem pastorum limitare ad iurisdictionem in foro interno, quemadmodum potestatem Episcoporum, si quam habeant iure diuino, valde limitauit.

Aduerte quòd licet Episcopi non videantur immediate iure diuino habere iurisdictionem, Pontifex tamen eo iure obligetur eos in partem sollicitudinis adfiscere: nam constituto per Christum gradu Episcopali, simul videtur præceptum summo Pontifici, vt per se solum non regat Ecclesiam, solos sacerdotes ordinando, sed etiam ordinet Episcopos, eisque iurisdictionem aliquam concedat conuenienter illorum gradui, ita vt gradus Episcopalis iuxta suam exigentiam illam postulet, eamque maiorem, quàm communiter deceat concedi sacerdotibus.

Per ordinationem ergo Episcopalem aliquis constituitur in Ecclesiâ in gradu pastoris, id est, qui conuenienter suo ordini possit pascere, & cui Pontifex debeat iurisdictionem suo gradui conuenientem concedere ob bonum Ecclesiæ. propter quod tamen dici non debet Episcopum habere iurisdictionem immediate iure diuino, cum aliud sit summum Pontificem iure diuino debere concedere Episcopo aliquam iurisdictionem, & conuenienter eius gradui maiorem, quàm simplici sacerdoti, aliud verò eandem iurisdictionem immediate iure diuino Episcopo competere.

Ex quo patet solutio argumenti, quod petitur ex Act. 20. vbi dicitur: *atten dte vobis & vniuerso gregi, in quo vros spiritus s. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*, nam supposito, quòd ille locus intelligatur de Episcopis, prout distinguuntur à simplicibus sacerdotibus (quod omnino verius est, & tenent vatii) dico non ideo Spiritum Sanctum, posuisse Episcopos regere Ecclesiam, quòd eisdem in sua ordinatione immediate concesserit iurisdictionem, sed quòd in eo ordine constituerit, iuxta cuius exigentiam Ecclesiæ cura eis committatur, idque ex Dei voluntate: vult ergo Deus illis committi iurisdictionem, non tamen immediate eam tribuit.

Patet etiam solutio eius quod dicitur Episcopos ex vi sue ordinationis esse pastores.

Resp. enim neg. assumptum, si intelligatur, quòd actu conueniat Episcopis potestas iurisdictionis ad pascendum: nam solum eatenus dici debent pastores, quatenus ex vi sue ordinationis constituantur in eo gradu, quibus ex quadam decentia conueniat munus pastoralis.

Dices, Episcopi succedunt Apostolis, qui iure diuino habuerunt iurisdictionem etiam ordinationem, ergo Episcopi eandem iure diuino habent.

Resp. neg. consequentiam, quia de Apostolis satis constat, cum tamen ex modo, quo summi Pontifices se gerunt cum Episcopis, potius contrarium possit colligi de Episcopis. Christus ergo bene potuit immediate concedere iurisdictionem Apostolis, quos immediate misit ad prædicandum, & fundandum Ecclesias, licet vellet eam tribui per suum in terris vicarium eorum successores in ordine Episcopali.

Dices non tantum Apostolis dictum est Matth.

18. *quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in celo*, sed etiam eorum successoribus; ergo non soli Apostoli habuerunt iure diuino potestatem ligandi, vel soluendi, sed etiam eorum successores in ordine Episcopali.

Resp. neg. consequentiam, quæuis enim inde bene probetur competere Ecclesiæ potestatem ligandi, non tamen ostenditur eam immediate iure diuino cõpetere omnibus iurisdictione prædictis; licet ergo Apostolis sit à Christo Domino promissa, & ab eodem immediate collata Ioan. 20. non sequitur eam immediate à Deo concedi in ipsâ ordinatione eorum successoribus.

Ad obiecta initio pro aliâ sententiâ allata

Resp. ex Patribus citatis haberi quidem esse diuersos gradus sacerdotum, & Episcoporum, idque iure diuino, non tamen haberi, quòd eodem iure immediate maior iurdictio Episcopis sit concessa, quàm sacerdotibus; quia Patres potissimum intendunt tradere eminentiam vni ordinis supra alium quoad ipsam ordinis excellentiam, & potestatem, quæ sine dubio venit ex iure diuino.

Quòd si ita conferant presbyterum cum Episcopo, quemadmodum diaconum cum presbytero, non sunt intelligendi, quòd omnis excessus vni supra alterum diuino iure competat, cum ne quidem sacerdos diuino iure sit superior diacono quoad potestatem iurisdictionis, quod tamen debet supponi, vt ex auctoritate Patrum aliquid in speciem concludatur.

Ad id quod adfertur ex Concil. Trid.

Resp. Episcopum iure quidem diuino esse superiorem sacerdote, quemadmodum eodem iure sacerdos superior est diacono, ex illo tamen non colligi, esse illo iure superiorem quoad omnem potestatem, quæ illi competit; à quo prudenter abstinuit Concilium, suam doctrinam solum intelligens de potestate ordinis.

Nam cum cap. 4. docuisset Episcopos presbyteris esse superiores, (scilicet iure diuino, vt ex discursu potest colligi) quasi declarans, in quo censeret eos esse superiores, dicit: *ac Sacramentum Confirmationis conferre ministris Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. & totâ sessione tam in capitibus, quàm in canonibus nunquam mentionem facit potestatis iurisdictionis.*

D V B I V M VIII.

Vtrum ordinatio diaconi, & subdiaconi sit Sacramentum?

D I V S Thom. in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 2. ad 2. quæst. refert quosdam antiquos sentientes solius sacerdotis ordinationem esse Sacramentum, quod sequuntur Durand. eadem dist. quæst. 2. art. 1. Caiet. tomo opusculorum opusculo 11. quorum sententiam insinuat esse probabilem Sotus eadem dist. quæst. 1. art. 4. §. *bis de sacerdotio*, & sequentibus.

Communissima sententia quoad diaconatum tenet contrarium, ita vt aliqui sententiæ Durandi temeritatis notam inurant.

56.
Conclus. 1.
Prob.

Dico 1. ordinatio diaconi est Sacramentum propriè dictum.

Probatur 1. ex communi sensu Doctorum, qui in rependente ex alterius voluntate maximi fieri debet.

2. Diaconus pertinet ad Hierarchiam Ecclesiasticam diuinâ ordinatione institutam, vt Trid. sæpe citatum, cuius proinde consecratio videtur Sacramentum.

Confirm.

Confir. Diaconus sub sacerdote peculiariter iure diuino potest baptizare, prædicare, Eucharistiam ministrare; pro his autem tanquam maxime sublimibus officiis conuenienter videtur gratia tribui, igitur videtur conueniens gratiam tribui per ordinationem diaconi, & proinde verius est eam ordinationem esse Sacramentum.

3. Christus potuit instituere Sacramenta quibus conferretur potestas subseruiens potestati sacerdotis circa sacrificium Missæ, & venerabilem Eucharistiam, & ex sensu communi videtur ita factum, vt diuinum hoc sacrificium tantò augustius apud homines redderetur, ergo omnino asserendum est ita esse institutum, cum nihil in contrarium valde urgeat, nam quod

57.

Obiectio 1.

Obijciunt 1. quòd omnia, quæ facit diaconus, possint validè fieri à non diacono, cum tamen Sacramenta videantur instituta ad aliquid validè recipiendum, vel obeundum, non obstat: falsum enim est Sacramentum semper conferri ad aliquid, quod sine illo validè fieri non posset, vt patet in Confirmatione, sine qua potest aliquis fidem profiteri, constat etiam consecrationem sacerdotis peculiariter ordinari ad baptismum conferendum, prædicandum, Eucharistiam ministrandam, quæ ab alijs validè fieri possunt.

Resp.

Vnde dico, vt ordinatio diaconi sit Sacramentum, sufficere, quòd per illam homo deputetur peculiariter ad functiones sacras, quas alij eo iure obire nequeant, quamuis si tentent, validè exercent.

58.

Obiectio 2.

Obijciunt 2. cum plures actiones ad vnam referuntur, ea sola est Sacramentum, quæ attingit effectum spirituales, ceteræ autem sunt quedam sacramentalia: constat autem solam ordinationem sacerdotis attingere spirituales effectum ordinationis, scilicet consecrationem Corporis, & Sanguinis Christi in sancto Missæ sacrificio, cui actioni omnes aliæ ordinationes, earumque functiones subseruiunt.

Resp.

Resp. neg. maiorem vniuersim loquendo, quia nullo solido fundamento ostendi potest non esse datam potestatem per susceptionem Sacramenti ad aliquam functionem subseruientem isti principali. Non enim obstat quòd sola ablutio cum formâ sit Sacramentum in baptismo: quia constat ritus præmitti, vel comitari solitos, institutos ab Ecclesiâ; quæ non potest Sacramentum instituere, constat etiam ex definitione Ecclesiæ solam ablutionem cum suâ formâ esse Sacramentum, hic autem nihil habemus ab Ecclesiæ autoritate, ex quo colligamus diaconatum non esse Sacramentum, immò Ecclesia subindicat esse Sacramentum, definiens iure diuino esse institutum, fuitque conueniens per verum Sacramentum tradi potestatem ad functionem principali subseruientem, & ministros peculiari consecratione sacramentali ex diuinâ ordinatione institui.

De materiâ, & formâ diaconatus, ex quibus

etiam sumitur argumentum ad probandum non esse Sacramentum, dicitur infra.

Obijciunt 3. quòd Anacletus episcopus aliquoties citatâ dicat à Domino constitutos esse hos duos ordines Episcoporum & sacerdotum, & amplius quàm isti duo, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt.

Resp. Pontificem solum docere non esse plures ordines sacerdotum, videtur enim agere contra Chorepiscopos, qui cum carerent Episcopali ordine, tamen potestatem Episcoporum præsumebant in multis usurpare, quasi medij inter illos, & simplices sacerdotes. quorum Chorepiscoporum gradum nec Christus instituit, nec Apostoli agnouerunt.

Contra facit, quòd diaconi fuerint constituti ab Apostolis, vt seruirent mensis, Act. 6. ad quod nullo opus fuit Sacramento, cum ea functione nihil habeat sacrum.

Confir. occasio constituendi Diaconos fuit murmur Græcorum, eò quòd illorum viduæ in eo ministerio negligerentur, ad quod sedandum electi sunt septem viri, quibus ministerium seruienti mensis, seu peculiaris cura pauperum fuit demandata.

Resp. ad id quidem fuisse deputatos, sed neque id fuisse solum, neque præcipuum illorum ministerium, cum constet eosdem prædicationi vacasse, vt patet ex iisdem Actis de Stephano, & Philippo. iisdem Euangelium legebant, vt censet beatus Aug. de Stephano serm. 4. de eodem: *diaconus erat, Euangelia legebat, quæ legi, vel audire et tu.* Ad confirmationem Resp. licet occasio instituendi diaconos fuerit murmur Græcorum, quòd eorum viduæ in curâ pauperum negligerentur, institutionem tamen diaconorum non respexisse solum illud munus, sed alia longè facratiora.

Petes, quando fuerint ordinati per Sacramentum diaconatus? Aliqui censent eo loco Act. 6. Alij verò propter argumentum iam factum censent postea Sacramentum suscepisse.

Prior sententia videtur satis probabilis, nam quamuis eo loco solum fiat mentio mensarum, eò quòd occasio ordinationis illorum non exigeret aliud, si tamen circumstantiæ considerentur, aduertitur potest non fuisse electos ad opus merè laicum, cum dicatur: *considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu S. & sapientiâ, quos constituamus super hoc opus.* ex qualitate eorum, qui eligendi erant, colligitur non fuisse eligendos ad nudum ministerium laicum mensarum. eodem cap. Stephanus paulò post suam ordinationem disputat cum varijs de synagoga, quæ appellatur Libertinorum &c. & Philippus euangelizat.

Dico ergo, quòd licet non fiat expressa illius mentio, tamen eo loco fuerint ordinati ad ministerium altaris, in quo seruientes elemosynas fidelium tempore sacrificij offerri solitas recipiebant, & distribuebant pauperibus.

Contra facit 6. Synodus can. 16. sentiens Act. 6. non agi de viris altari ministrantibus, sed de ministerio mensarum.

Resp. illum canonem non esse verè 6. Synodi, sed à schismaticis in Trullo editum, & proinde parum esse authoritatis.

Facit etiam contra Chrysostom. qui homilia 14. in Acta videtur docere septem illos viros Actorum 6. non recepisse ordinationem

diacono-

diaconorum, sed functionem laicam distribuendi viduis, quæ in eorum subsidium dabatur.

Resp. Chrysost. non videri negare ipsam ordinationem diaconi sed solum velle, quod tunc nomina Episcopi, sacerdotis, diaconi nondum obtinuerint in Ecclesiâ, sicut postmodum obtinuerunt.

Petes, quàm certum sit ordinationem Diaconi esse Sacramentum? Valquez disp. 238. cap. 2. putat definitum in Trident. can. 6. citato: sed verius est quod plures tradunt quidquam eâ de re nondum esse definitum; quamvis enim in eo can. definiatur hierarchiam Ecclesiasticam diuinâ ordinatione institutam, vel eam constare Episcopis, presbyteris, ministris, per quos sunt intelligendi diaconi, non definitur tamen diaconatum esse Sacramentum, nec inde habetur certum tanquam de fide, quia licet id ex prædicto canone deduxerimus, non tamen ita conclusimus, vt existimemus nullâ vel apparenti ratione posse negari. posset enim aliquis dicere Concilium solum velle contra hæreticos definire, esse in Ecclesiâ hierarchiam, eamque à Deo constitutam, non tamen singulos eius gradus constitui per ordinationem, quæ sit Sacramentum propriè dictum, de quo nulla fuit Catholicis cum hæreticis disputatio, quæ apparet ratio ostendit hanc rem non posse dici definitam certò in prædicto Trident. canone, nec ex illo alio principio ostendi potest hanc partem definitam vel certam de fide haberi in Ecclesiâ, & ita sentit Bellarm. lib. de ordine cap. 6. Eius disp. 24. §. 8. versu ad questionem, & indicat Sotus supra.

De ordinatione subdiaconi res est minùs certa, & ideo præter Durand. & Caiet. citatos plures alij negant esse Sacramentum.

Communior sententia affirmat, à qua non videtur facillè recedendum. 1. quia Ecclesiâ videtur sentire semel legitimè ordinatum subdiaconum non perdere consecrationem, nec opus habere nouâ consecratione, quamvis statum Ecclesiasticum ex licentiâ summi Pontificis desereret, ergo tacitè sentit subdiaconatum imprimere aliquid indelebile, seu characterem, ergo esse Sacramentum.

Posterior consequentia probata est supra in simili.

Prior verò probatur, quia si consecratio subdiaconi solâ institutione Ecclesiasticâ non iteraretur, facillè eiusdem constitutione conferretur quibusdam casibus deperdi, & proinde posse repeti.

2. facit ad maiorem maiestatem sacrificij, si non solus immediatus minister initiatur per verum Sacramentum, sed & alij in tam augusto mysterio illi subservientes: cum ergo non occurrant rationes, quæ non possint commodè solui, probabilius est subdiaconos per verum Sacramentum ordinari. de materiâ, & formâ, & ministro huius ordinationis dicetur infra.

Obijciatur quòd nulla subdiaconorum in scripturâ fiat mentio, & proinde videantur ab Ecclesiâ instituti.

Resp. id non sequi, cum non omnium, quæ etiam primis temporibus fuerunt in Ecclesiâ, scriptura meminerit; dici etiam potest quòd fortè nō fiat eorum mentio, quia propter paucitatem fidelium, ministerium eorum in illis initijs tanquam non omnino necessarium omisum fuerit.

D V B I V M IX.

Verum ordinatio, quâ aliquis initiatur quatuor minoribus ordinibus, sit Sacramentum?

MAIOR est hac de re controuersia, in qua præter Durand. & Caiet. superiori dubio citatos, partem negantem sequuntur Nauar. cap. 22. num. 18. Sotus dist. citatâ quæst. 1. art. 4. citato, conclus. 7. præsertim cum dicat: *neque arbitror profecto quòd si D. Thom. ad hunc locum in summâ peruenisset, in contrariâ persistisset opinione, quam in 4. vulgus secutus tenet.* Valquez disput. 237. cap. 2. qui plures citat, eamque sententiam probabilissimam censet Vict. num. 216. censet etiam probabilem Suarez tomo 3. in 3. partem disp. 16. sect. 3. §. tertio quæri etiam.

Affirmantem sequuntur plures antiqui in dist. 24. vbi D. Thom. quæst. 2. art. 1. quæst. 3. Scotus quæst. vnica §. de tertio. Palud. quæst. 1. art. 2. & multi alij antiqui, & recentiores.

Dico neutram istarum opinionum videri sufficienter probari, & posse argumenta pro vtraque parte adferri solita commodè solui. nam quæ Sotus loco citato congerit, nullam habent difficultatem. similiter non magnopere vrget quod dicunt alij, ab initio Ecclesiæ non fuisse tot minores ordines, quot iam sunt, cum nulla fiat mentio acolythi ab ijs, qui fuerunt vicini temporibus Apostolorum.

Responderi enim potest Patres non semper voluisse exactè recepere numerum ordinum, sed modò vnum, modò alterum: constat autem ab initio Ecclesiæ nomina atque ministeria acolythi, exorcistæ, lectoris, & ostiarij in vsu fuisse, vt Trident. sess. 23. cap. 2. videri potest eadem sess. cap. 17. de reformatione, vbi dicit sanctorum ordinum à diaconatu ad ostiariatum functiones ab Apostolorum temporibus in Ecclesiâ laudabiliter receptas. Et quamvis potestas exorcizandi in quibusdam fuerit gratia gratis data, non impedit, quòd minùs dici possit illam per Sacramentum aliis conuenisse; similiter non impedit, quòd minùs ordines acolythi, & lectoris dicantur diuersi, quod videantur olim vni, & eidem conuenisse, quia in illis initijs cum pauci essent fideles bene potuit vnus & idem vtrique inferuire.

Non etiam vrget, quòd dicitur ostiariatum partem habere supernaturalitatis, vt censeatur Sacramentum: quamvis enim ita sit, si spectetur nudè materialiter secundum munus aperienti templum, si tamen consideretur, vt destinatur ad repellendum indignos à sacrificio, non videbitur ita vile, quin per Sacramentum possit aliquis ad hoc munus ordinari. Nec vrget. 3. quòd officia istorum ordinum possint cum omni suâ solemnitate exerceri à non ordinatis, quia eo non obstante potest aliquis per Sacramentum ad illa peculiariter deputari. de argumento quòd petitur à ministro, dicemus infra.

Ex alterâ parte non videtur etiam vrgeri quòd pro parte affirmatiua adfertur, scilicet quòd Flor. decreto de Sacramentis dicat: *Sextum Sacramentum est ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo.* postquam autem numeravit presbyteratum, diaconatum, subdiaconum, adiecit: *et similiter de alijs.* non videtur, inquam, vrgeri, quia

Concilium noluit rem inter Catholicos saluâ fide controuersam, & minime necessariam pro instructione Armenorum definire; sed solum uoluit tradere primò in genere loquendo dari in Ecclesiâ ordinis Sacramentum, nec posse illud saluâ fide negari. secundò uoluit docere ritum, quo ordines singuli in Ecclesiâ Romanâ conferri solent (siue omnes sint Sacramenta, siue aliqui non sint) ut Armeni secâ in re Latinis conformaret, & si qui defectus in eorum Ecclesijs irrepsissent in ordinu administratione, corrigerentur. quâuis ergo Concilium sub titulo Sacramenti ordinis tacite egerit de minoribus ordinibus, noluit tamen quidquam in alterutram partem de illis statuere quoad veram & propriam Sacramenti rationem, sed tantum eatenus illorum mentionem facere; quatenus spectabat ad instructionem Armenorum, & quidem eo loco, quia occasione Sacramenti ordinis ibi commodè de illis tractari potuit.

66.

Solutur
quod ad-
fertur ex
Trident.

Idem pene dici potest ad Trident. cap. 2. citato. uidelicet non propterea recensuisse minores ordines agendo de Sacramento ordinis, quod existimaret illos veram rationem Sacramenti participare, sed quod commodè eo loco quæstiones de ordine inter Catholicos & hæreticos controuersas simul determinaret, atque ita enumerasse omnes ordines, & specialiter quatuor minores, & docuisse ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesiâ, eò quod hæretici nostri temporis eos partim negent, partim rideant. in cap. autem 3. solum docuisse in genere ordinem esse Sacramentum, illudque definisse in can. 3. nullo modo intendens determinare num omnes ordines veram rationem Sacramenti participarent, cum id nullo modo esset necessarium ad errores hæreticorum damnandos.

Omitto minutiora quædam pro hac parte argumenta, simulque de utraque parte alijs iudicium relinquo.

Pro parte tamen negante magnum pondus habet, quod Græci non soleant conferre ordinem acolythi, ut patet ex eorum Enchologio, ubi ponitur modus, quo ordines conferunt, in quo à Romanâ Ecclesiâ non reperiuntur. est autem difficile creditu, quod tota Ecclesia Græca careat ordinatione, quæ sit Sacramentum.

D V B I V M X.

De materia & forma singulorum ordinum.

67.

CVm in ordinibus conferendis varij ritus cerantur, inquirendum, in quo præcisè ratio materiæ & formæ inueniatur, ita ut sine tali ritu substantia Sacramenti non subsistat.

1. itaque dicendum de ordinatione Episcopi.

Quidam existimant materiam huius ordinationis esse impositionem Euangeliorum inter scapulas consecrandi, prout refertur in Pontificali, ita Antoninus parte 3. titulo 14. cap. 16. §. 9. & alij.

Antonin.
Cõmunis
sent.

Cõmunis sententia censet esse impositionem manuum super caput consecrandi, formam verò esse hæc verba; *accipe Spiritum S.* (quod de consecratione Episcopi in Ecclesiâ latinâ est intelligendū) per quæ ita generaliter prolata denotatur quædam abundantia Spiritus S. & significatur excellentem quandam potestatem conferri.

Hæc sententia videtur omnino verior, quæ insinuat ab Apostolo 1. ad Timotheum 4. *noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri.* Contrario etiam sententiam facit quod liber Euangeliorum teneatur ab vno Sacellano, cum sit receptissimum apud Doctores materiam debere applicari per ipsum Sacramenti ministrum, cum forma debeat significare saltem implicite ipsam actionem ministri, ut dictū est cum de baptismo esset sermo.

Confir. illi impositioni libri Euangeliorum nihil responderet per modum formæ, ut patet ex Pontificali Romano.

Obijcies, Dionys. de Ecclesiastica hierarchia, cap. 5. parte 2. dicit Episcopum consecrari traditis supra caput Euangelijs, & impositione manus Pontificis consecrantis.

Resp. inde non satis constare, an impositio libri Euangeliorum pertineat ad ritum essentialiorem, an tantum sit accidentalis. censemus autem pertinere solum ad accidentalem propter rationem iam à nobis allatam.

Notandum 1. practicè omnino curandum esse, ut Episcopus consecrans physice, & realiter tangat caput consecrandi, ne aliquin consecratio reddatur dubia saltem in Ecclesiâ Romanâ (quod addo propter ea, quæ dicuntur infra.)

Confir. manuum impositio designat physicum contactum imponentis: immò danda est opera ut utraque manu tangat, quamuis id non videatur de substantia consecrationis.

Notandum 2. in ordinatione Episcopi tres Episcopos solere & debere manus imponere super caput consecrandi, & quidem, quod plures imposuerint, quando Timotheus fuit consecratus in Episcopum, patet ex cap. 4. citato, quod à Patribus & Doctoribus intelligitur de consecratione Episcopali, ubi dicitur, *cum impositione manuum presbyterij*, id est coetus Episcoporum, ut communiter interpretes. patet etiam ex can. 1. Apostolorum; *Episcopus à duobus, aut tribus Episcopis ordinatur.* quod verò tres requirantur communiter colligunt ex epist. 2. Anacleti, can. 4. Concilij Nicani, can. 21. Concilij Arelatensis 1. can. 1. Concilij Carthaginensis 4. ex cap. *Archiepiscopus*, cap. nec *Episcopi*, de temporibus ordinationis, ex quibus decretis patet saltem esse præcepti, ut tres Episcopi manus imponant.

Sed difficultas est utrū id requiratur ad substantiam, & valorem Sacramenti, & ordinationis Episcopalis? Affirmat Valquez disputat. 240. cap. 5. num. 58. & fusè disp. 243. cap. 6. & alij.

Alij verò censent sufficere impositionem manuum vnius Episcopi cum formâ respondente, ita videtur sentire Antoninus §. citato in fine, pro eâ sententiâ citans Palud. & tenet Silu. verbo *consecratio* 1. in initio, Henriquez libr. 10. cap. 4. Petrus Arcudius libr. 5. cap. 3. in fine, alserens non esse iuris diuini, ut Episcopus à pluribus Episcopis consecratur, sed solum ex ordinatione Apostolica, & consecrationem ab vno factam fore validam.

Quæ sententia videtur verior. 1. quia Gregorius 1. concessit pro Angliâ, ut consecratio fieret ab vno Episcopo, Gregorius 13. concessit Patriarchæ Æthiopiarum, ut per vnum Episcopum consecraretur.

2. Ex can. Apostolorum citato, Episcopus potest à duobus Episcopis ordinari, ergo ad substan-

tiam consecrationis tres non requiruntur, quod si tres non sint necessarii, non apparet, quod ad valorem ordinationis duo requirantur.

Dices, hæc quidem ostendere non ita requiri impositionem manuum Episcoporum, vt ex concessione summi Pontificis vnus non sufficiat, non tamen ostendere, quod non requirantur, vt factum teneat, si nulla accedat concessio. quemadmodum enim supra de Confirmatione dictum est, sacerdotem simplicem posse quidem conferre Sacramentum confirmationis ex concessione Pontificis, non posse tamen sine illâ, sed iure diuino ministrum ordinarium esse Episcopum, cur in præsentî dici non possit, & debeat communiter ad substantiam, & valorem actus requiri impositionem manuum trium Episcoporum, pauciores tamen posse sufficere ex Pontificis concessione?

Resp. id quidem aliquâ probabilitatis specie dici posse, si quid vgeret ad asserendum tres Episcopos requiri ad actus substantiam, sed cum ex nullo principio videamur cogi ad id asserendum, immò aliqua contrarium suadeant, videtur dicendum huiusmodi concessionem non esse respectu alicuius necessarii ad substantiam, sed solum ex præcepto requisiti. & certè canon Apostolicus nullam indicat concessionem, seu dispensationem in conditione communiter requisitâ ad valorem actus.

Probat 3. in Pontificali Romano semper agitur de consecratore, tanquam vno, quod si ne dubio fieri non deberet, si plures requirerentur ad substantiam ordinationis Episcopi, quamuis ceremoniæ accidentales ab vno peragerentur.

4. in Sacramentis passim vnus minister sufficit, & in præsentî ex nullo principio Theologico cogimur aliud asserere, igitur conuenientius est, vt dicatur impositionem manuum vnus Episcopi sufficere ad ordinationem Episcopalem.

Minor probatur: omnia quæ in contrarium adferri possunt, commodè possunt exponi, quod ex illis solum probetur necessitas præcepti, & quidem ad imitationem Apostoli, qui Timotheum ordinauit in Episcopum aliis simul manus imponentibus.

Denique in Concil. Carthaginensi citato dicitur: Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangelium codicem super caput, & cernicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes, qui ad sunt, manibus suis caput eius tangant.

Hoc capite vel describitur ritus essentialis ordinationis Episcopi, vel solum accidentalis; si posterius, ex similibus locutionibus Concil. vel Pontificum nihil potest haberi pro ritu necessario ad substantiam consecrationis Episcopi; si dicatur prius, quod admittit Vasquez disp. 240. cap. cit. num. 65. satis datur intelligi impositionem manuum plurium Episcoporum non requiri ad substantiam consecrationis, cum dicitur: vno super eum fundente benedictionem, quibus verbis denotatur sufficere, si forma ab vno pronuntietur, quod si vnus minister sufficiat respectu formæ, quidni sufficiat respectu materiæ?

Respondet Vasquez supra requiri, & sufficere ad substantiam Sacramenti, si omnes conueniant in applicatione materiæ, quamuis vnus formam proferat. sed id videtur minùs pro-

babiliter dictum, quia forma debet materiæ respondere, ergo si impositio manuum plurium Episcoporum requiratur ex parte materiæ, requiritur, vt proportionem quadam aliquid proferatur à singulis, quod se teneat ex parte formæ: alioquin aliquid concurret partialiter per modum materiæ, cui nihil respondebit in formâ, cum forma prolata ab vno nullo modo respiciat materiam, prout ab alijs applicatur, sed prout applicatur ab illo, qui proferit formam. vbi gratia, hæc verba: accipe Spiritum S. quæ omnium sententiâ debent aliquo modo respicere actionem ministri, (cum tanquâ oratio practica denotent implicitè, cõferri gratiam per manuum impositionem) prolata ab vno non respiciunt impositionem manuum factam ab alijs Episcopis, sed ab eo, qui huiusmodi verba proferit, igitur ex parte materiæ ab alijs applicatæ nihil responderet per modum formæ. videtur autem minùs probabile, quod in Sacramentis aliquid requiratur etiam partialiter ex parte materiæ, cui nihil respondeat in formâ.

Confirmatur, non potest commoda ratio assignari, cur vnus dependeat ab alio ex parte materiæ, & non similiter dependeat ex parte formæ, vel ergo dicatur formam à singulis debere proferri, quod etiam fatente Vasquez non est necessarium, vel certè asseratur impositionem manuum factam ab Episcopis non concurrentibus ad prolationem formæ non requiri ex parte materiæ ad consecrationem Episcopi, & quod hinc sequitur, asseratur ad substantiam huius ordinationis sufficere impositionem manuum vnus Episcopi.

Et hæc dicta sint occasione canonis Concilij Carthag. prout illum interpretatur Vasquez: nam iuxta Romanum Pontificale singuli Episcopi manus imponentes etiam proferunt verba: accipe Spiritum S.

Dices optimè posse asseri materiâ à tribus debere applicari formâ ab vno prolata, quia ex Concilijs, & decretis Pontificum vtrumque habetur.

Resp. haberi quidem, quod sufficiat formam ab vno proferri, similiter plures Episcopos manus imponere, sed nullibi haberi hanc plurium impositionem necessariò requiri ex parte materiæ: cum ergo ille modus concurrendi videatur esse omnino alienus ab ijs, quæ communiter traduntur in materiâ Sacramentorum, videtur omnino verius impositionem manuum factam ab Episcopis formam non proferentibus, solum esse ritum quandam accidentalem.

Videturque, quod non valeret Sacramentum, si is, qui simul cum impositione manuum formam proferit, intenderet ab alijs pendere, quia eo ipso significaret se non applicare sufficientem materiam, & alios concurrere ad eiusdem materiæ applicationem, quod videtur minùs probabile.

Et hæc speculatiuè dicta sint. nam in praxi accuratè seruandum, vt manus imponentur a tribus, & quidem moraliter simul, ita vt non sit morale temporis intervallum, nam graue esset peccatum, si vnus manus imposteret, saltem propter graue præceptum Ecclesiasticum, vt tres imponent, vel si manus ita imposterentur ex intervallo, vt non censerentur moraliter simul imponi, quia tunc nullum respectum haberent ad se inuicem, quod saltem præcepto Ecclesiastico

requiri-

74

Obiectio.

Resp.

75

Notabile pro praxi.

Ritus Gre-
corum in
ordinatione Episco-
pi.

requiritur, circa dicta vterius Notandum ex ordinatione Græcorum varia posse colligi, quæ inter Doctores fuerunt hæcenus satis dubia. nam apud eos Episcopus consecratur imposita manu cū pallio super caput consecrandi sub hac formâ: *Domine gratia, que semper infirma sanat, & imperfecta perficit, promouet N. Deo amabilissimum presbyterum in Episcopum à Deo custodit a cinitatibus N. Oremus igitur propitijs, ut veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus.* deinde Pontifex aperit librum Evangeliorum & imponit capiti, ac ceruici illius, qui ordinatur, simul vnâ tangentibus alijs Pontificibus & factâ trinâ cruce in capite illius, imposita quæ manu precatur dicens: *Domine Deus noster &c.*

Corollaria.

Ex his enim videtur sequi 1. ad substantiam ordinis Episcopi non requiri, vt vtraque manus superponatur capiti, quia particula, *imposita manu*, de vna potest intelligi: sicut intelligitur in ordinatione presbyteri. 2. non requiri immediatum manus contactum, quum Græci interponant pallium. 3. non requiri contactum manus plurium Episcoporum. 4. impositionem libri Evangeliorum super caput, & ceruices eius, qui consecratur, non videri de essentia materiæ, cum ante sit consecratus per formâ relatum. 5. vnicum Episcopum esse ministrum huius ordinationis; nam aliorum contactus videtur omnino accidentalis. primò, quia, vt patet ex dictis, ante huiusmodi contactum est creatus Episcopus. secundò, quia ex parte illorum nulla respondet forma (nam prædicta oratio ab vnico recitatur) cum tamen is, qui materiam adhibet, debeat etiam formam proferre. tertio id indicat Dionys. Ecclesiasticæ hierarchiæ cap. 5. 2. parte.

Neq; obstat quod in prædicta oratione dicitur: *tu Domine omnium, & hinc, qui suffragis electus est, & dignus factus, qui subiret iugum Evangelicum, & pontificiam dignitatem per manum mei peccatoris, & presentium ministrorum, & Coepiscoporum, aduentu, & virtute, ac gratia sancti tui Spiritus corrobora.* id inquam non obstat; quia solum designatur ritus quidam accidentalis, per quem declaratur tantum, quod Episcopo vi sue ordinationis peculiariter competeat Evangelium prædicare.

76.

Obiectio
Resp.

Obijciunt 1. canon Apostolorum citatus.

Resp. vocem, *ordinari*, non semper denotare præcisè ritum essentialem ordinationis, sed ipsam actionem, prout etiam varias accidentales ceremonias complectitur; itaq; ex eo canone nihil potest confici, idem dici potest ad can. 4. Concil. Nicæni.

Confit. cum ibidem dicitur: *Episcopum oportet ab omnibus Episcopis (si fieri potest) qui sunt in provincia eius ordinari*, non vult Concilium ad substantiam consecrationis Episcopi extra necessitatem requiri cōcursum, & ministerium omnium Episcoporum eiusdem provincie, sed vult vt suâ præsentiam præstet ordinationi, vel si propter impedimentum adesse nequeant, præbeant consensum per literas; cum ergo ibidem dicitur: *certe tres Episcopi in vnum congregati faciunt ordinationem*, si spectetur scopus canonis non potest concludi quod ad substantiam ordinationis Episcopi requirantur, sed quod suâ præsentia debeant ordinationem cohonestare, & ordinatori in ceremonijs accidentalibus adesse, pro quo

77.

Notandum quod cum olim mortuo Episcopo ceteri eiusdem provincie solerent alium in demortui locum eligere, varijs canonibus statuatur, vt non nisi eorum consensu, & si fieri possit, his presentibus fiat consecratio. ex quibus proinde canonibus non tam colligitur actualis functio, &

ministerium Episcoporum in consecratione Episcopi, quam præsentia, vt scilicet suâ præsentia declararent se illi consecrationi consentire. quod etiam ex can. 21. Concilij Arelatensis 1. citati colligi potest, videri etiam possunt cap. *si Archiepiscopus*. & cap. *nec Episcopi* citata.

Obijciunt 2. quod Anacleus epist. 2. citatâ dicit: *per tres Episcopos fiat consecratio.*

Resp. ordinationem sumi pro totâ actione consecrandi, prout etiam complectitur ceremonias accidentales, vt ante dictum est.

Contra facit, quod Anicetus, vt refertur dist. 66. can. *Archiepiscopus*, irritet ordinationem non factam ab omnibus suffraganeis.

Resp. ordinationem eo canone non dici eo sensu irritam, quod consecratio sit inualida, sed quod per eam Archiepiscopus non obtineat iurisdictionem in suffraganeos, quia olim ex iuris dispositione requirebatur consensus suffraganeorum ad ordinationem Metropolitanam, sine quo Metropolitanus per ordinationem, nullam in eos pretendere poterat iurisdictionem.

Dices, postquam idem Anicetus docuisset Iacobum, qui dicebatur Iustus, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis ordinatum fuisse Episcopum Hierosolymorum, subiungit: *si autem non minus, quam à tribus Apostolis tantus vir fuerit ordinatus Episcopus, patet profecto eos formam instituentem Dominum tradidisse non minus, quam à tribus Episcopis Episcopum ordinari debere.*

Resp. hoc testimonium non videri patrocinari Vasquez, cum disput. 241. cap. 7. numer. 56. censet vndeim Apostolos proximè ordinatos à Christo in Episcopos Matth. vltimo.

Dico ergo Anicetum, & Anacleum (quem citat Anicetus) non agere de ipsâ consecratione, sed de institutione Episcopi, quasi dicat: si tres Apostoli Episcopalem sedem commiserunt Iacobo, & quidem ex formâ à Christo relicta, patet non debere vnum Archiepiscopum Episcopos instituere, sed plures debere consentire.

Obijciunt 3. Damasus epist. 4. vel vt alij s. inde probat Chorepiscopos non esse Episcopos, quod ab vno tantum Episcopo ordinari conuenissent, dicens: *quod enim Episcopi non sint, qui minus, quam à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet, quoniam, vt bene nostis, prohibitum à sacris est Patribus, vt qui ab vno, vel duobus sunt ordinati Episcopis, neque nominentur Episcopi. nomen non habent, qualiter officium habebunt?*

Resp. id non asserere, quod consecratio Episcopalis ab vno Episcopo facta iure diuino sit inualida, sed quod non sit præsumendum Episcopos contra canonum decreta adhibere consecrationem Episcopalem, non assistentibus duobus saltem Episcopis, sed eos, qui ab vno Episcopo consecrantur, communiter solum recipere ordinem sacerdotij. Confir. quia ne quidem verbo Damasus insinuat se agere de iis, qui post sacerdotalem consecrationem aliam adepti erant, ordo autem Episcopalis intimè supponit sacerdotalem.

Et hæcenus de materiâ, & formâ ordinationis Episcopi.

Sequitur dicamus de materiâ, & formâ ordinationis sacerdotis, de quâ tres sunt sententiæ.

Prima est Bonau. dist. 24. 2. part. dist. art. 1. Prima sententia existimantis solam manuum impositionem esse materiam huius Sacramenti, formam verò esse verba correspondentia.

Secunda sententia censet materiam esse solum calicem

calicem cum vino, & patenam cum pane; formam verò esse verba correspondentia, quæ scilicet ponuntur in Florent. *accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis*; vel in Pontificali Romano: *accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missæque celebrare tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini*. tenet Sotus dist. citata quæst. 1. art. 4. conclus. 5. ita vt sentiat tunc totum characterem imprimi, & concedi totam potestatem etiam respectu remissionis peccatorum, eandem sententiam tenet Ruardus art. 17. §. de materia. Nauarr. cap. 22. num. 17. Valentia disp. 9. quæst. 1. puncto 5. §. ceterum, & alij.

Tertia asserit completam ordinationem sacerdotis requirere duplicem materiam partialem, similiter & formam; ita vt vtrique pertineat ad hoc Sacramentum completè constituendum, id est, calicem cum vino & c. cum verbis correspondentibus; deinde impositionem manuum cum verbis adiungi solitis. tenet Scotus dist. citata q. vnica §. de tertio articulo. Palud. eadem dist. quæst. 1. art. 3. ad 4. & q. 6. art. 4. Bellarm. lib. de ordine cap. 9. Vasquez disp. 239. cap. 3. Henriquez libr. 10. cap. 6. num. 2. & 3. & plures recentiores. Quæ sententia est omnino verior, itaque Resp. &

Dico 1. calix cum vino & patena cum pane pertinent ad materiam huius Sacramenti, similiter verba respondentia pertinent ad formam. est certa ex Florent. docente: *sextum Sacramentum est ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicem cum vino, & patenam cum pane per traditionem*. & infra: *forma sacerdotij talis est: accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis*. In nomine Patris &c. ita Bonau. sententia post Flor. omni careat probabilitatis specie.

Probatur 1. Lucæ 22. Apostoli fuerunt instituti sacerdotes per illa verba: *hoc facite in meam commemorationem*, vt constat ex Trident. sess. 22. cap. 1. & can. 2. quibus verbis respondit materia proportionata, scilicet, calix &c. igitur dicendum alios ordinari sacerdotes per traditionem materię proportionatę, & per formam respondentem.

Confirmatur, iuxta vsum Ecclesię post prædictam cæremoniam nullo alio ritu accedente, qui possit censeri essentialis, ordinatus simul cum Episcopo profert verba consecrationis in signum potestatis acceptę ad conficiendum Christi corpus, idque ex Ecclesię constitutione.

2. Probatur, prædicta verba non designant cæremoniam accidentalem, sed tradi potestatem offerendi sacrificium, quod est primum officium sacerdotis, & proinde ad sui veritatem requirunt, vt ea potestas concedatur, ergo sunt forma Sacramenti; cumque exigant materiam proportionatam, quę non est alia, quàm calix &c. dicendum calicem cum vino &c. pertinere ad rationem materię huius Sacramenti.

Confirm. potestas offerendi sacrificium optime confertur per huiusmodi ritum, & per nullum alium ita censetur commodè conferri, ergo dicendum est per illum conferri, & proinde ille ritus dicendus est ad substantiam Sacramenti ordinationis pertinere, cum per illum conferatur potestas ordini proportionata.

Dico 2. impositio manuum est etiam de ratione huius Sacramenti per modum materię, & correspondentia verba *accipe Spiritum S. &c.* per modum formę.

Probatur 1. ex Trident. sess. 14. cap. 1. de Sacramento penitentię docente illis verbis: *accipe Spiritum Sanctum*, datam Apostolis potestatem remittendi peccata, & eorum legitimis successoribus, igitur per illa verba datur sacerdotibus potestas remittendi peccata, & proinde pertinent ad rationem Sacramenti, similiter & impositio manuum correspondens, & cap. 6. docente sacerdotes per virtutem Spiritus Sancti, in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros functionem remittendi peccata exercere.

Quibus verbis respicit ad illud Ioann. 20. *accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseritis &c.* cap. 3. de extremā vnctione docente ministrum extremę vnctionis esse Episcopum, aut sacerdotem ab Episcopo ritè ordinatum per impositionem manuum presbyterij. sess. 23. can. 3. definiēte sacram ordinationem esse Sacramentum, & can. 4. definiēte per illam dari Spiritum S. & proinde Episcopos non frustra dicere: *accipe Spiritum S.*

Ex quibus locis patet impositionem manuum, quę adhibetur in fine sacri, similiter verba correspondentia: *accipe Spiritum S.* non esse nudam cæremoniam accidentalem ex solo præcepto Ecclesię adhiberi solitam, nec per eam solum declarari potestatem remittendi peccata prius concessam, sed esse partiale Sacramentum, per quod reuera conferatur potestas sanctificandi fideles per administrationem Sacramentorum, & per quod gratia ex opere operato conferatur.

Confirmatur, Apostoli etiam illis testibus acceperunt per illa verba potestatem remittendi peccata, & gratiam sanctificantem, ergo & alij illa accipiunt per eadem verba, cum non videatur solida ratio posse adferri, cur in prioribus fuerint operatiua gratię & potestatis, & non in posterioribus, cum respectu vtrorumque eundem sensum, & eandem vim habere possint.

Probatur 2. ex Hieron. in caput 58. Isaie post medium: *ordinatio non solum ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem impletur manus*, quibus verbis Hieron. declarat hunc ritum esse ordinationi essentialē.

Ex his deduco 1. quod dixi dubio 6. ordinationem sacerdotis constare duobus partialibus Sacramentis, quę ad vnum integrum constitutum coëant.

Deduco 2. per singulas ordinationes potestatem aliquam conferri, quod de secundâ patet ex locis Trid. sess. 14. citatis.

Deduco 3. consecratum solum priori ordinatione non posse validè absolvere, quantumcumque ei cõferatur à superiore iurisdictione: verbi gratia, si pastor, qui solum suscepit priorem consecrationem, tentet absolvere, dico irritam futuram absolutionem, quod expressè docet Henriquez lib. 10. cap. 6. num. 3. Vasquez disp. 239. cap. 5. in fine & facillè potest ostendi ex eo quod non receperit potestatem remittendi peccata, quę deum in 2. ordinatione confertur, cum dicitur: *accipe Spiritum S.*

Confirmatur, non magis potest aliquis exire in actum ordinis circa corpus Christi mysticum absque potestate per ordinem acceptâ, quàm possit circa corpus Christi verum sine potestate respectu illius per ordinem receptâ: hæc autem potestas circa corpus Christi mysticum non recipitur per primam ordinationem, ergo qui eam solum recepit non potest exire in actum remittendo peccata in Sacramento penitentię,

vel

vel etiam extremæ vñctionis.

Obiectio.

Dices id non contingere, quòd potestas non insit, sed quòd sit ligata, seu impedita, ne exeat in actum. sed peto, num illud impedimentum oriatur iure diuino, an tantum Ecclesiastico?

Resp.

Posterius non videtur dici posse, cum nullum extet vestigium talis constitutionis: si dicatur prius, in re dicitur, quòd careat potestate, quia potestas iure diuino legitime collata non suspenditur eodem iure, sed si nihil aliud obstat, quantum est ex parte iuris diuini, potest habere effectum, cum videatur improbable dari potestatem iure diuino, & eodem iure aliquem impediri, ne valide ea vtratur.

84.

Corollarie
refellitur
sententia
Palud.

Ex his mihi videtur minus probanda sententia Palud. dist. 24. citata quæst. 1. resp. ad 4. in fine existimantis per priorem ordinationem conferri potestatem remittendi peccata ex concomitantia: quia hæc potestas non videtur obtineri solum ex concomitantia, sed per se. vnde magis consequenter suis principijs philosophatur Sorus, qui censet eam potestatem per se concedi in priori ordinatione.

Id etiã in eodem Palud. minus probatur, quòd insinuet per manuum impositionem dari indirectè potestatem consecrandi. ex quo sequitur quòd secunda consecratio attentata ante priorem esset valida, & quòd solum ea initiatus posset consecrare, quæ sunt contra communissimam Theologorum sententiam, & non leuiter repugnant Trid. priori conclus. citato.

85.

Obiectio 1.

Contra secundam conclus. obicitur 1. quòd Florent. tradens materiam, & formam ordinationis sacerdotis non meminerit impositionis manuum.

Resp.

Resp. scopum Concilij Florent. non fuisse omnem materiam, & formam tradere, sed docere Armenos deijs, in quibus cum Ecclesiã Latina non conueniebant, & in quibus errabant. verius autem est Armenos in consecratione sacerdotum solere manus imponere, & per consequens non fuisse opus quidquam hæc de re eis præscribere.

86.

Obiectio 2.
Cap. presbyter.

Obicitur 2. quòd cap. presbyter, de Sacramentis non iterandis, impositio manuum dicatur ab Apostolis introducta.

Confir. Pontifex impositionem manuum presbyteri coniungit impositioni magnum, quæ adhibetur in ordinatione diaconi, quæ multorum sententiã est ritus accidentalis.

Nec dici potest, quòd Pontifex possit intelligi de impositione manuum, quæ præcedit consecrationem sacerdotis per porrectionem calicis &c. quia dicit: *suspensio autem manuum debet fieri cum oratio super caput effunditur ordinandi*. quibus verbis satis ostendit se agere de impositione manuum, cui coniungitur oratio; ea autem quæ præcedit omnem sacerdotis consecrationem, nullam habet respondentem orationem.

Resp.

Resp. quamuis de secundã intelligeretur, vt satis probabiliter colligitur ex hoc discursu, non sequitur eam solum esse ritum accidentalem, vel ex eo quòd dicatur ab Apostolis introducta, vel ex eo quòd coniungatur impositioni manuum, quæ fit in diaconatu: quia optimè potest dici ab Apostolis introducta, non quòd eam instituerint, sed quòd institutam à Christo vsurparint, & introduxerint in Ecclesiã.

Non posterius, quia bene potuit coniungi im-

positioni manuum, quæ fit in diaconatu, quamuis sit ritus essentialis, altera verò non sit, quia id ad scopum Pontificis nihil facit. solum enim vult, si manus non imponantur, siue in ordinatione presbyteri, siue in ordinatione diaconi, id solum supplendum, quòd per errorem exitit prætermisum, non verò aliud iterandum; quòd potest statui, etiam si illa impositio sit essentialis Sacramento, altera verò accidentalis.

Aduerte Episcopum videri debere physicè tangere caput ordinandi, quia impositio designat physicum contactum, & hunc contactum debere moraliter coniungi prolacioni verborum: accipe Spiritum Sanctum, non tamen opus est fieri vitæque manu.

His pertractatis restant aliquæ difficultates circa materiam prioris ordinationis sacerdotis.

Petit itaque 1. an pro materiã huius ordinationis posset tradi hostia consecrata, similiter sanguis sub specie vini?

Pro parte negatiua facit Florent. dicens: *presbyteratus traditur per calicis cum vino, & panis consecrationem*. ex quibus constat panem, & vinum esse legitimam materiam huius Sacramenti, ergo nulla sufficit, quæ non censetur esse eadem cum illa: hostia autem consecrata non potest vllã ratione censeri eadem cum pane non consecrato.

2. Per hoc Sacramentum datur potestas conficiendi verum Christi corpus, idque designatur per formam: vnde conuenienter debet assumi pro materia id quòd suo modo significet tradi hanc potestatem: hostia autem consecrata non aptè significat per modum materiæ potestatem conficiendi Christi corpus, cum non sit materia, ex qua conficitur, sed ipsum corpus iam confectum.

Resp. in primis futurum graue peccatum, si tradatur hostia consecrata, quia repugnat vniuersali Ecclesiæ consuetudini in re valde graui, quæ proinde censetur grauiter obligare.

Confir. communis in Sacramentis ceremoniæ etiam accidentales non possunt sine peccato prætermitti, earumque omisso iuxta qualitatem materiæ potest esse graue peccatum, vt communiter Theologi, igitur in præsentī neglectus conditionis in materiã erit graue peccatum, cum per eum censetur negligi consuetudo obligans in re graui.

Resp. nihilominus 2. ordinationem videri subsistere.

Probat, Apostoli sunt ordinati sacerdotes in vltimã eorũ per verum Sacramentum, vt partim plerique authores videntur supponere, partim varij disertè tradunt, & proinde sunt ordinati per traditionem alicuius rei sensibilis, tanquam materiæ, quæ non fuit alia, quam corpus, & sanguis, quæ Christus Apostolis sub speciebus tradidit, ergo materia consecrationis Apostolorum fuit hostia consecrata, & sanguis, quòd tradit Ruardus art. 17. §. de materia, & Vasquez disp. 139. cap. 1. §. ego autem; non est autem, quòd afferamus tunc collatum Sacramentum per traditionem materiæ, quæ in posterum non esset futura legitima.

Confir. quia hæc etiam ratione optimè dici potest tradi potestatem conficiendi Christi corpus: nam per exhibitionem corporis optimè potest intelligi conferri alicui potestatem circa illud ipsum, nimirum, vt etiam illud possit conficere.

88.

Satisfactio
pro negati-
ua allatus.

Ad rationes in contrarium allatas

Resp. Ad priorem dico licet hostia consecrata, & panis differant substantiâ, posse tamen quoad præsens institutum convenire, eod quod conveniant in speciebus, & proinde in eo, quod per se videtur requiri ad materiam ordinationis.

Cum enim per hanc ordinationem detur potestas ponendi Christi corpus sub speciebus panis &c. ratione identitatis specierum, possunt dici aliquo modo convenire, & sufficienter censeri eadem in ratione materiae ordinationis.

Ad secundam patet ex dictis, quod scilicet exhibitione hostiae consecratae optime possit designari potestas illud idem corpus conficiendi.

89.

Petitio 2.

Resp.

Petitur 2. utrum pro materia tradi possit panis non triticeus?

Resp. negativè. cum enim per hoc Sacramentum tradatur potestas conficiendi verum Christi corpus, ea materiâ necessariò est tradenda, per quam hæc potestas aptè designetur, quod non sit traditio panis alterius grani, quam tritici, quia materia necessaria consecrationis corporis est panis triticeus, & proinde nullo alio pane potest designari potestas conficiendi verum Christi corpus.

Hinc patet massam crudam, vel libum, vel placentam, non esse aptam materiam consecrationis sacerdotis, quia illa non sunt materia apta consecrationis corporis Christi: subsisteret verò consecratio si cui porrigeretur panis fermentatus, ex quo valide fit Eucharistiæ Sacramentum.

90.

Petitio 3.

Resp.

Petitur 3. utrum sit futura valida consecratio si Episcopus porrigat panem extra patenam?

Resp. quamvis id etiam videatur illicitum propter contrariam consuetudinem, speculativè tamen videri omnino verius subsistere consecrationem.

1. quia verius est Christi corpus in ultimâ cenâ ita Apostolis traditum.

2. quia illâ ratione verè traditur materia, circa quam versatur potestas sacerdotalis, itaque patena eatenus solum requiritur, quatenus in eâ traditur materia apta ad designandam potestatem sacerdotalem.

Idem censendum de calice, quod scilicet eatenus solum debeat porrigi, quatenus necesse est ut porrigatur vinum, quod cum sit res fluida, non potest aptè in se præberi: si tamen tangeretur extra vas, sufficienter inveniatur materia. Ex quibus obiter.

Aduerte patenam vacuum, similiter vacuum calicem non esse aptam materiam huius ordinationis, sed necessariò requiri panem, & vinum, vel corpus Christi, & sanguinem, modo explicato. hinc

91.

Petitio 4.

Resp.

Petitur 4. num sit futura valida consecratio si sola patena cum pane porrigatur? Afferit Henricus cap. 6. citato num. 1. qui dicit: *traditio vasis cum alterâ speciem videtur esse materia sufficiens.* sed verius est non sufficere.

1. quia id aperte repugnat Florent. requirenti traditionem utriusque materiae, scilicet panis, & vini.

Confir. forma non tantum respicit alterutram partem materiae, sed utramque ex æquo, ergo utraque ex æquo per modum materiae requiritur ad valorem ordinationis. Adde quod patena cum pane, & calix cum vino non tradantur diuisim, sed

simul; ergo signum est neutram partem sufficere etiam ad partialis Sacramenti consecrationem, & proinde, si unica pars tradatur nullo modo confici Sacramentum.

Consequentia probatur, videmus in omnibus alijs, quod quando Sacramentum saltem partialiter poni potest, partiali materiae respondeat forma partialis distincta à formâ partiali alterius, ut patet in vñtionibus, item in consecratione speciei panis, & consecratione speciei vini: cum ergo nihil simile hic videamus, & aliunde non appareat sufficiens fundamentum asserendi alteram partem posse omitti saluâ Sacramenti substantiâ, non est verisimile eam omitti posse.

Prob. 2.

2. non videtur vlllo modo probabile ita institutam ordinationem sacerdotis, ut per eam possit conferri potestas ad conficiendum corpus, & non ad conficiendum sanguinem; vel ergo dicendum est necessariò requiri traditionem panis, & vini, vel per traditionem vnius partis conferri potestatem conficiendi Sacramentum perfectum. posterius autem non videtur admittendum, quia traditio vnius partis per modum materiae solum designat potestatem consecrandi hanc partem. Antecedens autem argumenti

Probatur, quia non videtur posse subsistere potestas collata iure diuino, quæ, etiam sistendo intra limites illius iuris, nunquam possit exire in actum sine peccato; iure autem diuino nemo potest, saltem seclusâ Pontificis dispensatione, sine peccato unquam consecrare unicam speciem.

Confir. forma ordinationis sacerdotis significat dari potestatem offerendi sacrificium eo modo, quo in Ecclesiâ communiter offerri solet, illud autem est perfectum, nec datur sacerdos qui non possit utramque speciem consecrare. quamvis ergo consecratio vnius speciei subsistat sine consecratione alterius, non tamen subsistit ordinatio, per quam videtur solum dari potestas ad consecrandum vnam speciem, & non aliam.

92.

Petitio 5.

Petitur 5. utrum ad valorem Sacramenti, requiratur physicus contactus instrumentorum, & hostiae. res hæc habet vñm quotidianum, magnasque parit difficultates, & animi perturbationes.

Resp. 1. non requiri contactum physicum ipsius hostiae in se. hæc sententia videtur omnino certa, & in praxi secuta.

Resp. 2.

Probatur 1. non potest ostendi, quod potius requiratur contactus hostiae in se, quam vini, qui extra controuersiam non requiritur, ut patet ex praxi totius orbis.

2. in Romano Pontificali dicitur, quod ordinandi tangerent simul cuppam calicis & patenam, nullâ factâ hostiae mentione.

3. ut quis accipiat potestatem per contactum rei, quæ in alio ponitur, sufficit tangi id quod continet aliud, & in præsentia ex nullo solido fundamento contrarium colligi potest, & proinde nulla probabilitatis specie potest asseri contactum hostiae in se requiri.

4. nullus Episcopus etiam doctus, & timoratus repetit etiam sub conditione ordinationem eius qui scit se hostiam non tetigisse, vel de eo rationaliter dubitat; nullus etiam Doctor consultus vrgit ordinationem eo casu etiam sub conditione repetis; ergo à posteriori omnino certum est contactum hostiae in se non requiri, quia aliâs Ecclesia in gravissimo errore versaretur, ex quo gravia sacrilegia saltem materialia sequerentur, & maxima animarum damna. vnde pertineret ad

Bbbb diuinam

diuinam providentiam eandem Ecclesiam docere, quod physicus contactus hostiæ esset necessarius; alioquin illi deesset in præcipuo puncto practico pertinente ad Sacramenta.

Et per hunc discursum animus potest, & debet omnino conquirere, cum eam certitudinem pariat, quam in his rebus circa fidei definitionem habere possumus. quamvis enim aliqui existiment speculatiue requiri hostiæ contactum, cum tamen & communior sententia contrarium teneat, & eorum rationes sint parvi ponderis, accedente usu non vnius vel alterius Prælati, sed communi, hæc sententia dici potest ex tacito consensu Ecclesiæ comprobari.

93.

Resp. 2.

Angelus.
Sylu.
Sor.
Vasq.

Nauarr.
Palud.

Resp. 2. non requiri contactum physicum ipsius patenæ, sed sufficere contactum calicis. ita Angelus verbo, *ordo*. 1. num. 8. Sylu. verbo *ordo* 2. quæst. 5. Sotus dist. 24. quæst. 1. art. 2. §. *unum hic subornitur*. Vasquez disp. 246. cap. 2. num. 19. in quam sententiam commodè possunt explicari plures, qui requirunt contactum materiæ, ut Palud. dist. citatâ quæst. 1. art. 1. Nauarr. cap. 22. numer. 17.

Probatum 1. ex argumento 4. iam facto, quod etiam hic mihi videtur practicam certitudinem parere. 2. ex eo quod in ordinatione sacerdotis calix, & patena per modum vnius totalis instrumenti proponatur, unde tacto calice censetur sufficienter totum tangere: nam quando duo aliqua ita se habent, contactu vnius censetur sufficienter tangere, quidquid nobis proponitur, tanquam illi coniunctum.

Nec contra facit, quod in Pontificali dicatur: *cuppam calicis & patenam simul tangunt*, quia neque his verbis vlla necessitas contactus patenæ declaratur, neque ex vilo Concilio, vel sensu Ecclesiæ ea potest colligi; immo ex eo quod Prælati etiam in hoc casu non repetant ordinationem, sumitur argumentum ad probandum huiusmodi contactum non requiri.

94.

Resp. 3.

Caietan.

Vicior.
Henric.
Sa.
Vasq.
Estrius.
Sor.

Resp. 3. valde probabile est non requiri ut ipsa instrumenta physicè contingantur, ita Caiet. in summâ, verbo, *ordinantium & ordinandorum peccata*, retractans quod docuerat tract. 1. opusculo 26. Vicior. num. 230. Henriquez libr. 1. de Sacramentis in genere cap. 9. num. 11. Sa verbo *ordino*, 3. Vasquez loco citato. Estrius dist. 24. §. 2. Sotus eadem dist. loco citato censet probabile.

Probatum, hic contactus neque ex sensu Ecclesiæ, neque ex ratione suppositis fidei principiis colligi potest.

Prius probatur, Concil. Flor. solum dicit: *presbyteratus traditur per calicem cum vino, & patenâ cum pane porrectionem*, ubi solum exigit porrectionem, quæ morali iudicio potest censi fieri, quamvis ille, cui res porrigitur, eam physicè non tangat, neque ex Romano Pontificali physicus contactus potest colligi tanquam necessarius: nam licet dicat: *tangunt*, non tamen indicat huius contactus necessitatem.

Posterior pars probatur, per hoc Sacramentum traditur potestas per porrectionem instrumentorum proportionatorum officio: quando autem traditur potestas, morali hominum iudicio non requiritur, ut is, cui datur potestas, physicè contingat instrumenta; nam dum accedit ad acceptandum altero porrigente, censetur sufficienter acceptare, quamvis illa non tangat, ut patet in Principe, & proinde censetur potestatem recipere.

Confir. forma potest esse verissima: Accipe potestatem &c. etiam subintelligendo, per hæc instrumenta, licet ordinatus non tangat instrumenta, cum ergo non constet aliunde huiusmodi contactum requiri, verius est sufficere, si instrumenta porrigantur, ut verbis formæ, significantibus certam potestatem tribui, respondeat materia, circa quam hæc potestas tribuitur.

Aduerte tamen 1. in praxi omnino tangendum saltem calicem, quia vltima pars responsionis non videtur ita certa moraliter, ut contraria sententia requirens aliquem contactum non sit valde probabilis, & videatur ipso usu firmata: non requiritur tamen, ut materia utraq; manu tangatur, quia id neque ad rationem tactus requiritur, neque ex alio capite potest ostendi requiri.

Aduerte 2. hunc contactum communi Doctorum sententiâ non necessariò debere esse simul tempore cum prolatione formæ, sed posse nonnihil præcedere, vel subsequi, quia etiam eo casu censetur materia, & forma moraliter coniungi.

Aduerte 3. dicta de contactu materiæ, suo modo intelligenda de contactu materiæ aliorum ordinum.

Denique aduerte in formâ hæc verba non esse de necessitate Sacramenti, in Ecclesiâ, vel in nomine Patris, &c. quæ ponuntur in Florent. vel illa, in nomine Domini, quæ ponuntur in Romano Pontificali.

Et hæc dicta intellige quoad Ecclesiam Romanam: nam quoad Ecclesiam Græcam aliter est ratiocinandum, cum ut patet ex Euchologiis, presbyteri apud Græcos ordinantur solâ manus impositione sub formâ respondente, scilicet: *Diuina gratia, quæ semper infirma curat, & imperfecta perficit, promouet N. Reuerendum Diaconum in presbyterum*. vbi

Notandum, quod Pontifex hanc formam proferens vnicam manum imponat super caput eius quem ordinat, item quod non tangat immediate caput eius, quem ordinat, sed mediante pallio, cuius aliquam partem superponit capiti, & super eam superponit manum, ut patet ex Euchologiis, ipse vidi Romæ hoc modo quemdam ordinari in sacerdotem in Collegio Græcorum primâ Dominicâ quadragesimæ anno 1625.

Ex quibus patet immediatum contactum manus non esse de essentiâ materiæ. 2. non esse similiter de essentiâ ut imponatur utraq; manus.

Sequitur ut dicamus de materiâ & formâ diaconatus, de quâ tres etiam sunt sententiæ.

Prima asserit materiam esse solam manuum impositionem. Bonau. dist. 24. parte 2. distinctionis 2. art. 1. quæst. 4. sub finem. Durand. quæst. 3. forma verò huic respondens est: Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad resistendum diabolo, & temptationibus eius in nomine Domini.

Secunda asserit esse traditionem libri Evangeliorum, scilicet cum formâ respondente in Pontificali, Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesiâ Dei, tam pro viuis, quam pro defunctis, in nomine Domini. tenet D. Thom. dist. ci. citatâ quæst. 2. art. 3. ad 3. Richard. art. 4. quæst. 3. Palud. quæst. 2. artic. 3. post medium & plures alij præsertim recentiores, indicatque Ruardus §. de materiâ, citato.

Tertia censet tam impositionem manuum, quam traditionem libri Evangelij esse materiam, formam

formam verò esse verba correspondentia, iuxta quam diaconatus duplicè habet materiam partialem, & duplicem formam. tenet Henriquez lib. 10. cap. 8. num. 2. & alij.

Dico 1. traditionem libri Evangeliorum esse materiam huius ordinationis, formam verò esse verba correspondentia prout res iam peragitur in Ecclesiâ Latinâ. est certa. patet ex Flor.

Dico 2. impositio manuum non videtur modò pertinere ad materiam huius ordinationis.

1. verba tali impositioni respondentia non videntur designare vllum ministerium diaconi, ergo non aptè dicuntur forma ordinationis illius, & proinde impositio manuum illis respondens non est ponenda materia.

2. in Pontificali dicitur: Solus Pontifex (id est Episcopus) manum dextram extendens ponit super caput cuiuslibet ordinando, & nullus alius, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium conferantur.

Quibus verbis indicatur hunc ritum esse accidentalem, cum non videatur magis pertinere ad rationem Sacramenti, quam impositio manus, quæ in presbyteratu fit à pluribus, quam constat solum esse accidentalem ceremoniam, quidquid dicat Arcudius, qui lib. 6. cap. 4. §. *igitur in ordinatione*, contra communem DD. censet eam manus impositionem esse de essentiâ materiæ ordinationis sacerdotis.

Nec obstat quòd in Concil. Carthag. 4. can. 4. dicitur: *Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus qui illum benedicit, manum super caput illius ponat.* non enim vult docere quis sit ritus essentialis cuiusque ordinis, sed quid in ordinatione fieri debeat.

Nisi dicatur Ecclesiam Africanam ordinem Diaconatus contulisse eodem modo, quo Græcam, (de quo infra) & canonem intelligendum de ritu essentiali, cum loquatur iuxta modum ordinationis in suis partibus vsurpari solitum, ex quo tamen minimè sequatur illam manuum impositionem esse essentialem in Ecclesiâ Latinâ.

Non etiam obstat quòd in Ecclesiâ Aniciensi, vt refert Durand. supra, ante eius tempora non solet tradi liber Evangeliorum in ordinatione diaconi; quia ea in parte potuit errare Ecclesia particularis: nam ex Florent. nobis constat, similiter ex vsu Ecclesiæ Romanæ, traditionem libri Evangeliorum esse materiam.

Dices 1. diaconus videtur solum ex Ecclesiæ constitutione legere Evangelium in sacro solemnì, ergo traditio libri Evangeliorum non videtur materia ordinationis illius.

Resp. non videri ex solâ Ecclesiæ institutione provenire: nam quamvis sacrum possit celebrari sine solemnitate, nihilominus ad maiorem sacrificij celebritatem videtur à Christo institutum, vt plures ministri inferiores singuli in suo gradu possent sacerdoti assistere, inter quos sacerdoti proximus est diaconus, qui videtur ex diuinâ institutione posse Evangelium in sacro legere. adde Evangelium posse eidem tradi ad illud prædicandum.

Dices 2. primi diaconi Act. 6. solâ manus impositione sunt ordinati.

Confirm. initio nondum scripta erant Evangelia. Bellarm. cap. 9. in fine censet eos quidem fuisse ordinatos per manuum impositionem ad quæ-

dam alia ministeria, non tamen ad legendum Evangelium.

Alij absolute censent eos ex peculiari dispensatione ita ordinatos, Rich. supra responsione ad 4. Ruardus §. citato. Vasquez disp. 238. cap. 4. num. 43. & alij. iuxta quorum sententiam facile soluitur argumentum, dicendo quòd antequam scriberentur Evangelia, diaconi ex speciali concessione ordinati fuerint solâ manus impositione, postmodum tamen traditio libri Evangeliorum fuerit necessaria.

Verum dicere possumus id factum absque vllâ dispensatione, vt ex infra dicendis patebit. vnde in propositione adieci modò.

Dices 3. cum Episcopus manus imponit, dicit: accipe Spiritum Sanctum, proinde hæc manus impositio videtur essentialis.

Resp. negatiue propter rationem in conclusione allatam.

Dices 4. in Florent. decreto de Sacramentis, vbi agitur de Sacramento Ordinis, traditurque ordinum materia & forma, dicitur: *cetera legantur in Pontificali Romano.* quibus verbis datur intelligi, quòd alia sint de materiâ ordinationum, quæ in Pontificali Romano continentur.

Resp. negando assumptum: quia prædicta verba non ponuntur, cum agitur de materiâ, sed cum agitur de formâ. ita enim habetur in Concilio: *Et sic de aliorum ordinum formis prout in Pontificali Romano latè continetur.*

Dicta de manus impositione intelliguntur respectu Ecclesiæ Romanæ. nam constat diaconatum in Ecclesiâ Græca conferri manus impositione, & quidem solâ (vt dictum est de ordinatione sacerdotis), vt patet ex Euchologijs, sub consimili formâ sub quâ confertur presbyteratus. confirmari potest ex Dion. libr. de Ecclesiastica hierarchia cap. 5. parte 2. item ex Concilio Ancyrano cap. 10.

In eadem conclusione adieci particulam modò, propter ea quæ paulò post notabo.

Materia subdiaconatus est calix vacuus cum patenâ vacuâ, vt patet ex Florent. forma videntur esse verba, quæ ponuntur in Pontificali: Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur. quod etiam intelligitur respectu Ecclesiæ Romanæ. nam in Græcâ sic etiam ordo confertur impositione manus.

Nec obstat, quòd subdiaconus quorundam sententiâ non videatur semper potuisse sacra vasa tangere, quia oppositum est longè verius, vt bene ostendit Vasquez docens loca, quæ videntur id probare, solum docere, quòd subdiaconus non possit tangere vasa, dum Eucharistiam recipiâ continent.

Notandum calicem non necessariò debere esse consecratum.

Materia ordinationis acolythi est traditio vireolorum vacuorum cum formâ: Accipite vireolum vacuum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi. secundum quosdam in eodem ordine materia est traditio candelabri cum cereo extincto sub hac formâ: Accipite ceteroferarium cum cereo &c.

Materia exorcistæ est traditio libri exorcismorum sub hac formâ: Accipite, & commendate memoriam, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue catechumenos.

Materia ordinationis lectoris est traditio libri lectionum sub hac formâ: Accipite, & estote ver-

bi Dei relatores, habituri, si fideliter, & vtiliter implueritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei bene ministraverint ab initio.

108.

Ostarius ordinatur traditione clauium sub hac formâ: sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. circa hæc

Notandum 1. in maioribus ordinibus materiam porrigi ab Episcopo ordinante, materiam autem minorum ordinum in quibusdam Ecclesijs porrigi ab Archidiacono, ex quo sumi potest argumentum, quod minores ordines non sint Sacramentum, quia in Sacramentis materia non solet ab vno exhiberi, & forma ab alio proferri. longè melius est, vt etiam in his materia præbeatur ab Episcopo iuxta ritum Romanum.

109.

Notandum 2. ex hæcenus dictis de materiâ, & formâ ordinationis, & diuersitate in Ecclesiâ Romanâ, & Græcâ patere, quàm sit probabile Christum non instituisse ordinum materiam, & formam in particulari, sed solum in genere, monendo scilicet, vt ordines conferrentur per aliquod symbolum sensibile, quo significaretur eorum potestas, atque adeo relictum esse Ecclesiæ determinare materiam, & formam, dummodo per illa significetur potestas, quæ in ordine confertur. & ita censet Ruardus §. de materia, citato. Arcudius lib. 6. cap. 4. §. itaque credibile. Fornarius cap. 2. de ordine, & plures viri doctissimi, quos hac de re Romæ consului. tenuerunt etiam aliqui Louanij. idem censet saltem respectu Apostolorum Bellar. cap. 9. citato, in fine. verum probabilitas istius sententiæ etiam sine hac restrictione patet ex modo, quo ordines apud Græcos conferuntur. quem modum Romana Ecclesia non reuocat in dubium, vt constat.

Ruardus.
Arcudius.
Fornarius.

Vnde censeo, quod licet hæcenus dicta de materiâ & formâ singulorum adiuncta videantur probabiliora, si spectetur vsus, qui modò seruatur in Ecclesiâ Latinâ, (ita vt ordo aliter collatus in Ecclesiâ Latinâ esset nullus, illâ constituyente determinationem materiæ, & formæ, quæ iam est in vsu) aliter tamen collatus potest subsistere, si videlicet Ecclesia aliquo modo materiam, & formam determinaret. quemadmodum subsistit ordinatio Græcorum prædicto modo facta, & fortè substitit ordinatio diaconorum facta modo relato à Durando.

Nec dictis repugnat Trid. sess. 21. cap. 2. non enim vult Ecclesiam nihil posse circa determinationem materiæ Sacramentorum; sed solum vult contra hæreticos quod Ecclesia possit præscribere, vt Eucharistia sub vnâ specie sumatur, cum in eo non tollat vsu Sacramenti, & eius substantiam. quæ substantia non potest dici tolli, si Ecclesia pro potestate sibi concessâ variè determinet materiam, & formam ordinationis.

D V B I V M X I.

Vtrum ad legitimam ordinationem requiratur consensus populi?

110.

Hæretico
rum error.

IT A sentiunt nostri temporis hæretici docentes electionem, & missionem ministrorum Ecclesiæ iure diuino ad populum pertinere, ad quem

etiam censent eodem iure pertinere destitutionem, existimantesque sine eo consensu irritam esse eorumdem ministrorum ordinationem. videri potest Caluinus libro 4. institutionum capit. 3. Calvin.

§. 15.

Sed hic error damnatur à Trident. sess. 23. cap. 4. his verbis: *Docet insuper sacrosancta Synodus in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, & ceterorum ordinum, nec populi, nec cuiusvis secularis potestatis, & magistratus consensum, sine vocationem, sine auctoritatem ita requiri, vt sine eâ irrita sit ordinatio: quoniam potius decernit eos, qui tantummodo à populo, aut seculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti ad hæc ministeria exercenda adscendunt, & qui ea propriâ auctoritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures & latrones per os suum non ingressos habendos esse. Et can. 7. Si quis dixerit ordines ab ipsi (scilicet Episcopis) collatos, sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione irritos esse, aut eos, qui nec ab Ecclesiasticâ, & canonicâ potestate ritè ordinati, nec missi sunt, sed alimide veniunt, legitimos esse verbi, & Sacramentorum ministros, anathema sit. vide can. 8. Ex quibus patet ad missionem, vel etiam ordinationem ministrorum Ecclesiæ non ita requiri consensum populi, vel ciuilius magistratus iure diuino, vt sine illo irrita sit ordinatio. quod etiam*

Probatur ex cap. 13. Concil. Laodicenis, vbi dicitur, quod non sit populi concedendum facere electionem eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.

Probatur etiam ex eo quod neque ex verbo Dei, neque ex sensu Ecclesiæ habeatur consensus populi iure diuino requiri in ministrorum Ecclesiæ electione, institutione, ordinatione; quin potius contrarium ex ijs principijs constet. nam Apostoli non requisierunt consensum populi, vt Episcopos constituerent, & Diuus Paulus 1. ad Timotheum, dicit; *Manus autem nemini imponere.* ad Titum 1. *huius rei gratiâ reliqui te Creta, vt ea qua desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* quâ loquendi formâ satis ostendit Episcopos non dependere iure diuino à consensu populi, & electione, in institutione ministrorum Ecclesiæ. Gregorius 1. constituit Anglis Episcopum non requisito eorum consensu.

Obijciunt hæretici 1. quod Actuum 6. populi consensus fuerit requisitus in creatione septem diaconorum.

Resp. intentum nullo modo inde probari posse: quia Catholici non contendunt nunquam interuenisse consensum populi in electione ministrorum Ecclesiæ, nec vnquam etiam laicos suffragia contulisse, sed solum hunc consensum non esse iure diuino necessarium, quod valde differt à priori: potuerunt ergo Apostoli iustâ de causa requirere suffragia fidelium ad ordinationem diaconorum, tamen citra vllam necessitatem ortam ex iure diuino, quod etiam in Ecclesiâ fuit aliquamdiu obseruatum, vt patet ex Theodoro libr. 1. historia, cap. 9. vbi refert Epistolam Concilij Niceni ad Ecclesiam Alexandrinam his verbis: *Quod si quis forte eorum, qui Ecclesiæ funguntur muneribus, diem suum obibat, tunc vnus ex illis, qui nuper in Ecclesiâ asciti sunt, modò idoneus videatur, & populus illum eligat, Episcopusque Alexandria ei suffragetur, atque adeo populi electionem confirmet, in locum succedat de mortui. ex Leone epi. 84. c. 5. & alijs. Ex quibus constat non semper vnum modum electionis*

seruatum esse, sed modò hunc, modò illum, prout ratio temporum dictabat esse conuenientius, & Ecclesiæ magis expedire. quam ob causam Ecclesia aliquando concessit Imperatoribus electionem summi Pontificis, ad vitandum maius malum, & vt electus eorum potentia protegeretur. quia tamen temporis successu grauius incommoda orta sunt ex electione facta ex populi consensu &c. vt potest colligi ex Chrysost. libr. 3. de sacerdotio, hic non est amplius requisitus pro ministrorum electione.

DVBIUM XII.

De ministro ordinario huius Sacramenti.

114.

FIDE catholica constat Episcopum ex suo ordine habere potestatem ordines conferendi, & omnem & solum Episcopum validè consecratum esse ministrum ordinarium huius Sacramenti. definitur in Flor. & docet Trid. sess. 23. cap. 4. infirmat etiam can. 4. eiusdem sess. Idem docet Chrysost. homilia 11. in priorem epist. ad Timotheum, ubi agens de Episcopis, & presbyteris dicit; *sola quippe ordinatione superiores illis sunt, scilicet Episcopi presbyteris.* & Hieron. epist. 85. ad Euagrium: *Quid facit Episcopus excepta ordinatione, quod presbyter non faciat?* & tunc communis Ecclesiæ sensus, ita vt Aërius etiam hac de causa fuerit habitus hæreticus, quod censeret simplici sacerdoti competere facultatem ordines conferendi. hinc

Veritas Cathol.

Florent.

Irident.

Chrysost.

Hieron.

Deduco 1. si sacerdos non consecratus in Episcopum tentet propriâ autoritate ordines conferre, inualem esse ordinationem, & nullam spirituales potestatem tribuere.

Corollaria.

Deduco 2. Episcopum validè consecratum validè ordinare, quantumuis ab Ecclesiâ ei prohibeatur, cum ordinum collatio sit actus ordinis, & non iurisdictionis.

Deduco 3. Episcopum posse validè conferre subdiaconatum, quamuis eo careat. quod quâ ratione negent Bonau. dist. 25. priori parte distinctionis quæst. 1. & Henriquez libr. 10. cap. 5. num. 2. non apparet, cum certum sit aliquem posse validè consecrari in sacerdotem, qui non sit subdiaconus, & posse eundem validè consecrari in Episcopum, certum etiam sit Episcopum non conferre ordinem subdiaconatus &c. quia illo ordine sit insignitus, sed ratione potestatis Episcopalis.

Deduco 4. Episcopum hæreticum, excommunicatum, interdictum, suspensum, validè ordinare, quia hæc non tollunt characterem Episcopalem, ratione cuius potest validè ordines conferre; & de hæretico, de quo maius dubium esse posset, patet ex praxi Ecclesiæ, quæ non curat iteratò ordinari ordinator ab hæreticis, idem iudicium est de degradato, in quo character Episcopalis remanet, quamuis aliqui, vt refert Rich. dist. 25. art. 1. quæst. 3. existimant eum non posse validè ordines conferre.

Aduerte dicta intelligi respectu ordinum, qui sunt Sacramenta. si qui enim non sint Sacramenta, nec sint à Deo instituta, sed ab Ecclesiâ, potest eadem irritare, & habere inualem illorum collationem factam ab hæretico, excommunicato &c. quemadmodum è contrario posset censere validam factam à simplici sacerdote.

115.

Contra id quod dicitur Episcopum hæreticum posse ordines conferre: Obijciunt 1. Innoc. 1. epist. 18. cap. 3. qui censet baptizatos ab hæreticis per penitentiam recipiendos, si ad fidem conuertantur, ordinator verò ab iisdem hæreticis, non esse recipiendos in suo gradu, addens: *Quoniam quibus solum baptisमारतुं esse permittimus &c. neque Spiritu Sanctum eos habere ex illo baptisमारतुं arbitramur &c. neque dare eius plenitudinem possunt, quia maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius, quam per fidem dixerim, perdidissent.*

Obiectio.

ex Innoc. 1.

Resp. Innocentius nolle ordinationem esse inualem, sed non recipiendos in gradu suo ordini

B b b 3

aliàs

112.

Obiectio 2.
ex Cyr.

Obijciunt 2. Cyprianum libr. 1. epist. 4. seu 68. dicentem: *Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia mittere, cum ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi, quod & ipsum videmus de diuinâ auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsentem sub omnium oculis deligatur, & dignus, atque idoneus publico iudicio, ac testimonio comprobetur.* Omisâ responsione quorundam existimantium Cyprianum solum velle populum posse ferre testimonium vitæ, & morum, quod etiam hodie seruatur in ordinatione ministrorum Ecclesiæ.

Resp.

Resp. videri quidem agere de tempore, quo ex indulgentia Ecclesiæ consensus populi, & suffragia petebantur ad electionem pastorum; tamen per illa verba, *quod & ipsum videmus de diuinâ auctoritate descendere*, non velle illud ius populo competere ex lege diuinâ, & præcepto Ecclesiæ obligante, sed per illa verba intelligere exemplum, seu normam in diuinis litteris expressam, ad cuius imitationem Ecclesiæ consensum populi aliquando requirit.

113.

Obiectio 3.
Resp.

Potrà hoc exemplum inuenitur Numerorum 20. in electione Eleazari, quæ præsentem populo facta est. item Actuum 6. in ordinatione diaconorum.

Obijciunt 3. alia minuitiora. 1. quòd laici multis sæculis concurrerint ad electionem Episcoporum; sed inde non conficitur id iure diuino illis competere, & ordinationem aliter factam esse nullam.

Addè in Concilio Laodiceno citato, ante mille ducentos annos, id eis denegatum. unde non potest dici ea consuetudo multis sæculis fuisse vniuersalis.

2. Quòd Episcopus sit sponsus Ecclesiæ.

Resp. 1. saltè hoc argumentum in alijs non militare.

2. dico non idcirco iure diuino requiri consensum populi, sed sufficere consensum illius, qui potest eidem Ecclesiæ de pastore providere, neque omnia, quæ in coniugio carnali exiguntur, hic ex rei naturâ requiri.

3. Quod in antiquo testamento reges constituerint, & amouerint sacerdotes.

Resp. si quid hac re fecerint, fecisse ex peculiari Dei reuelatione, & peculiari potestate à Deo acceptâ, non autem regiâ, & ordinaria.

aliis conuenienti. solum enim vult permitti ratum baptismum, id est, ratione cuius aggregentur coetui fidelium; non verò eis concedi honorem sacerdotij. quando autem dicit hæreticos non dare Spiritus Sancti plenitudinem, non vult eos verè non ordinare, sed per talem ordinationem non conferre ordinatis gratiam sanctificantem, quia hi recipiendo ordines ab hæreticis peccarunt, & ita posuerunt obicem receptioni gratiæ.

116.

Obiectio 1.
Can. Daibertum.

Obijcitur 2. canon Daibertum 1. quæst. 7. vbi Verbanus 2. Daibertum ab hæretico ordinatum diaconum rursus ordinat dicens: *Quod non reiterationem existimari censuimus, sed tantum integram diaconij ordinationem, quoniam, ut diximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.*

Resp.

Resp. ordinationem non fuisse iteratam, eò quòd facta esset ab hæretico, sed quia esset facta ab hæretico non ordinato secundum Ecclesiæ ritum, qui proinde carebat ordinandi potestate.

117.

Obiectio 3.
Can. per illicitum.

Obijcitur 3. canon per illicitum, eadem quæst. vbi Damasus Pontifex ait: *Iterari necesse est, quòd legitime actum, aut collatum minime probatur.*

Resp.

Resp. Pontificem eo loco agere de ordinationibus factis à Chorepiscopis, qui non poterant valide ordinare, cum ordine Episcopali carerent.

Aduerte etiam, si ordinationes factæ ab hæreticis interdum decernantur irritæ, non eo sensu dici irritas, quòd sint inualide, sed quòd per eas non accipiatur ordinis executio; quia enim hæretici sunt excommunicati, & non possunt exercere functiones ordinis, idcirco, qui ab illis ordinatur, non recipit executionem ordinis.

DV B I V M XIII.

*Utrum ex concessione Pontificis non
Episcopus possit ordines conferre?*

118.

Error Glossæ.

Potestas in corpus Christi mysticum supponit potestatem in corpus Christi verum.

SUPPONO hanc facultatem non posse committe diacono, seu non sacerdoti respectu ordinum, qui sunt Sacramenta, in quo errauit Glossa dist. 95. can. *peruenit*, existimans diaconum posse conferre diaconatum, eo quòd illum ordinem habeat, errauit, inquam, quia potestas in corpus Christi mysticum supponit potestatem in corpus Christi verum, quæ caret diacono. Dixi respectu ordinum, qui sunt Sacramenta, quia si qui non sint Sacramenta, potest eorum collatio committi non sacerdoti. quia verò controuersum est, num omnes ordines etiam minores sint Sacramenta, meritò Ecclesia nulli non sacerdoti eorum collationem committit, hoc præmissò.

119.

Prima sent.

Triplex est de præsentis quæstione sententia. Prima asserit nullum simplicem sacerdotem (id est non consecratum Episcopum) posse etiam ex commissione summi Pontificis valide ordines etiam minores conferre. tenet Adrian. in 4. quæst. de Sacramento confirmationis art. 3. §. *secundo principaliter*, in cuius sententiam propendit Maior dist. 7. quæst. vnica §. *secundo agitur*. quæ sententia supponit minores ordines esse Sacramenta.

Adrian.

Maior.

Secunda.

Secunda sententia idem supponens, tenet simplicem sacerdotem posse ex commissione Pontificis conferre minores ordines, non verò maiores, ita plerique antiqui, D. Thom. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 3. Palud. eadem dist. quæst. 1. art. 2. Scotus dist. 24. quæst. vnica. §. *de tertio*. Sylu. verbo *Ordo* 3. quæst. 7. Couar. libr. 1. variarum, cap. 10. num. 9. & 10.

D. Thom.
Palud.
Scot.
Sylu.

Tertia tenet posse valide conferre subdiaconatum. Angelus verbo *Ordo* 2. num. 2. Viç. num. 235. Suarez tomo 3. disp. 11. sect. 3. §. *solum possit*. Vasquez. disp. 243. cap. 4. & alij.

Hæc sententia est probabilior, & quidem quoad minores ordines apertè supponit Trident. sess. 23. cap. 10. de reformatione. & cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, confirmatque praxis quotidiana Abbatum. Quoad subdiaconatum verò.

Probatur, ex eo quòd Viç. supra asserat se vidisse Bullam Pontificis concedentis quibusdam Abbatibus ordinis Cisterciensis, vt possent conferre subdiaconatum, & Reuerendus admodum Dominus Dassignes Abbas de Nizelle in Brabantia Gallicanà mihi retulit se vidisse Reuerendissimum eorum Generalem vno die conferentem sacrum subdiaconatum ordinem quinque religiosis monasterij Cambrensis in Hannonia ordinis Cisterciensis. immò Roderiquez tomo 2. quæstionum regularium refert Bullam Innocentij Octauo anno 1489. quæ concedit Abbati Cisterciensi potestatem conferendi ordinem subdiaconatus, & diaconatus religionis eiusdem ordinis, quam potestatem etiam concedit quatuor precipuis Abbatibus eiusdem ordinis respectu religionum sui monasterij. eandem bullam se vidisse refert Vasquez supra, & Maior loco citato sub finem asserit per Bullam Pontificis prædictis Abbatibus id aliquando concessum fuisse, mihi quæ affirmavit quidam religiosus monasterij de Vaucelles, eiusdem ordinis generales hanc habere potestatem, idem plures alij religiosi eiusdem ordinis mihi retulerunt hac de re à me consulti, quorum testimonium in re ad eos spectante non potest prudenter reijci vel eleuari.

Ad hæc tres occurrunt responsiones. Prima est Pontificem errasse; verum in re tam graui errorem summo Pontifici impingere videtur minus prudens, præsertim cum non clarè constet de defectu potestatis.

Secunda est non satis constare de huiusmodi concessione. sed non potest prudenter reuocari in dubium, quòd tot viri fide digni asserunt, & quòd confirmant passim religiosi eiusdem ordinis, præsertim cum constet de praxi.

Tertia est minores ordines, & subdiaconatum posse duobus modis spectari; vno vt Sacramenta à Christo instituta; altero, vt officia quædam instituta ab Ecclesiâ, nihil habentia supernaturalitatis. spectata priori modo non posse conferri à simplici sacerdote etiam ex Pontificis commissione, posse verò si posteriori modo spectentur.

Verum id videtur minus solidum. 1. quia est inauditum in Ecclesiâ, quòd aliquid à Christo institutum tanquam Sacramentum, instituitur ab eâ, nouâ quadam constitutione vt nudum officium.

2. quando Ecclesia committit collationem prædictorum ordinum, videtur committere collationem eius, quòd alij possunt conferre potestate ordinariâ, nec vnquam distinguit inter ordines collatos solum ex commissione, & collatos auctoritate propriâ.

3. si ordines collati ab Episcopis essent Sacramenta, collati verò à simplici sacerdote non essent, Ecclesia priuaret magno fructu ordinatos à simplici sacerdote, cui hanc concedit potestatem, cum illi non reciperent Sacramentum; immò ij possunt

possent secundò eosdem ordines ab Episcopo recipere. quamvis enim dici possit non perire consecrationem minorum ordinum permanente subiecto, cum tamen ea sit diuersa ab illà, quæ fit per collationem Sacramenti, non obstat, quò minus ordinatus à simplici sacerdote, à quo non recepit Sacramentum, rursus possit per veram Sacramenti susceptionem iisdem ordinibus initiari.

Omnino ergo verius est simplicem sacerdotem posse ex concessione Pontificis non solum minores, sed & maiores ordines, subdiaconatum, & diaconatum conferre, etiam in ratione Sacramenti. Quam potestatem potest concedere Pontifex etiam nondum consecratus in Episcopum, quia hæc autoritas non conuenit Pontifici ratione consecrationis Episcopalis, sed ratione summæ iurisdictionis, quam habet in Ecclesiam, quam supremam potestatem obtinet positâ legitimâ electione, etiam ante consecrationem Episcopalem.

Aduerte, quòd cum sacerdos ex suo gradu non sit completè potens exire in actum sine huiusmodi concessione, non possit ordines etiam minores validè conferre ultra terminos facultatis, eò quòd actus non sit ratus, nisi in quantum concessione Pontificis moraliter eleuatur character sacerdotalis.

Ex responsis tamen Cardinalium, non est necesse iterum ordinari eum, qui contra decretum Concil. Tridentini suscepit minores ordines ab Abbate prohibito conferre, sed sufficit dispensatio. vide quæst. 72. artic. 11. dubio 2. ex quo peti possunt solutiones variorum argumentorum, quæ etiam contra præsentem doctrinam proponi possent.

Petes 1. an simplex sacerdos ex commissione Pontificis possit etiam ordinem facerdotij conferre?

Resp. esse probabile, quòd possit, vt insinuat Aureolus apud Capreolum dist. 25. quæst. 1. art. 2. in 2. argumento, & tenet Angelus verbo *ordo* 2. num. 1. Vasquez cap. citato num. 35. quia si possit conferre maiores ordines, non apparet ratio cur hunc conferre nequeat, cuius excellentiam continet per characterem sacerdotalem. aliter dicendum de Episcopatu, quem simplex sacerdos nullo modo potest conferre ob eminentiam Episcopi supra sacerdotem.

Petes 2. an privilegium concessum Abbatibus, vt possent conferre diaconatum, & subdiaconatum suis religiosis, sit reuocatum per Trident. 3. Afferit Rodriguez tomo 1. quæstionum regularium quæst. 18. artic. 4. Vasquez cap. citato in fine.

Sed verius est non esse. nam Trid. sess. 23. cap. 10. de reformatione, ita habet: *Abbatibus ac alijs quibuscunque quantumvis exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius diocesis consistere, etiam si nullus diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam qui regularis subditus sibi non sit, tonsurâ vel minores ordines conferre. quibus vobis non prohibet, vt subdiaconatum (si alijs suis conferre poterant) non conferant, neque potestatem circa hoc illis factam reuocat, sed solum ne alijs, quàm suis regularibus tonsuram, vel minores ordines conferant. non ergo tam prohibet ne ordines conferant, quos ante conferre poterant, quàm ne minores certis personis conferant, pro cuius rei intelligentiâ*

Notandum Abbates, qui sunt sacerdotes, & benedicti mitrati, posse primam tonsuram, & minores ordines conferre, & quidem si in seculares

habeant Episcopalem iurisdictionem, ita vt sint illorum ordinarij, potuisse non solum suis religiosis, sed etiam iisdem secularibus, sibi tanquam ordinario, subditis conferre. vt patet ex Angelo verbo *ordo* 2. num. 1. & colligi potest ex cap. 1. de ordinatis ab Episcopo qui renuntiavit episcopatu, & cap. *cum contingat*, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum, quatenus illa potestas non restringitur ad eorum religiosos. itaque licet, vbi Trident. non est receptum, possint prædicti Abbates, non solum suis religiosis conferre tonsuram, & minores ordines, sed etiam secularibus sibi tanquam ordinario subditis; vbi tamen Concilium receptum est, non possunt conferre huiusmodi secularibus, vel etiam regularibus sibi non subditis, (scilicet eâ autoritate, quâ antea poterant) quantumvis sint exempti, & nullius diocesis, non obstantibus quibusvis priuilegijs, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, sed hæc ordinatio iure pertineat ad Episcopum, intra cuius fines huiusmodi exempti consistunt.

Circa quod decretum quædam vltius notanda. 1. illud non habere locum in Abbatibus, & alijs qui non consistunt intra fines alicuius diocesis, sed sunt extra omnem diocesim: nam hi licet Concilium receperint, non minùs possunt conferre minores ordines secularibus, quàm ante Concilium. patet ex verbis cap. 10. citatis, quæ comprehendunt solum eos, qui intra fines alicuius diocesis consistunt. 2. per illud decretum non prohiberi prædictos Abbates, & alios quin possunt primam tonsuram, & minores ordines conferre nouitio regulariter sibi subdito. nam licet talis non sit religiosus per professionem, tamen in causâ fauorabili dici potest regularis. Aliqui tamen de eo contrarium sentiunt. Henric. lib. 13. cap. 38. n. 3. qui littera A. alios citat. 3. per idem decretum non prohiberi, quòd minùs conferant tonsuram, vel minores ordines secularibus sibi subditis, si accedat consensus Episcopi, cum quo etiam eiusdem Episcopi subditos possunt tonsurâ, & minoribus ordinibus initiare, vt respondit Congregatio Cardinalium. requiritur verò vt vnusquisque secularis habeat pro se dimissorias, & non tantum in genere, vt eadem Congregatio. 4. non prohibet, quòd minùs possint primam tonsuram, & minores ordines conferre alijs regularibus, qui speciales litteras dimissorias à suis superioribus habuerunt, vt eadem Congregatio. itaque Abbas, vel alius, qui primam tonsuram, & minores ordines potest conferre, cum dimissorijs specialibus eius qui potest dare, potest ordinare sibi non subditum, tam regularem, quàm secularem. vbi

Notandum præter huiusmodi dimissorias, opus esse consensu Episcopi loci, in quo ordines sunt suscipiendi, vt Congregatio. itaque licet respectu regularium sibi subditorum non habeat opus consensu Episcopi loci, vt si eius monasterium sit subditum Episcopo, tamen is consensus est necessarius, vt alij ordinentur, ex Congregationis decreto. quod videtur intelligendum, quando non confert ordines in loco exempto, quia vt in eo confertur, non videtur requiri consensus Episcopi, vt instructis sufficientibus dimissorijs conferre possit, cum in tali loco possit alienus Episcopus ordines conferre petente superiore, & qui habent priuilegium, vt à quouis Episcopo possint ordinari, possint in loco exempto ordinari à quolibet Episcopo non requisito consensu Episcopi loci. vide Sa verbo *ordo* num. 16. Angelum verbo *ordo* 2. num. 1.

118.
Petito.

Petes, utrū, ut aliquis possit recipere minores ordines ab Abbate, sufficiat habere dimissorias, quibus sit potestas recipiendi minores ordines à quolibet: &c.

Resp.

Resp. sufficere, quia per particulam illam generalem, datur illi facultas recipiendi à quouis valente ordines minores conferre.

D V B I V M XIV.

Quibusnam Episcopus possit ordines conferre?

119.

Conclus.

Can. si quis.

Trident.

Dico, nullus Episcopus potest licite ordinare sibi non subditum, sepositis privilegiis, decernitur variis can. dist. 71. vbi can. 1. ex synodo Sardicensi, & can. si quis, ex Nicæna, ordinatio alicuius facta sine consensu proprii Episcopi decernitur irrita, id est, non tribuens legitimam executionem ordinis suscepti, & ita incurritur suspensio, quod renouatur per Trident. sess. 23. cap. 8. de reformatione, vbi ordinatus ab alieno sine consensu proprii, suspenditur ipso facto à susceptorum ordinum executione quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, & proinde vbi Trident. receptum est, hæc suspensio referatur Episcopo, à quo ordines recipere debebat, aliis locis non est referuata.

Cap. Eos, qui.

Nec tantum suspenditur ordinatus, sed etiam ordinans suspenditur per annum à collatione ordinum, ut patet ex cap. 8. citato & ex cap. eos qui, de temporibus ordinationum, in 6. & ita hæc suspensio incurritur etiam vbi Trident. non est receptum.

Notandum tamen ex eodem cap. eos qui, ut ordinans alienum hanc incurrat suspensionem, requirit ut præsumat ordinare scienter, vel affectatā ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsto. vnde qui etiam ex crassa solum ignorantia ordinat alienum sine licentia proprii Episcopi, non incurrit hanc censuram, licet in eo peccet, quod negligat de veritate inquirere; & multo minus incurrit qui ex aliqua ratione probabili putat se posse alienum ordinare.

130.

Porro iuxta modificationem huius capituli potest intelligi decretum Concilij Trident. quod in hac parte solum videtur innouare antiquos canones, itaque etiam vbi illud receptum est, Episcopus ordinans alienum sine licentia proprii non incurrit hanc censuram, nisi scienter, vel ex affectatā ignorantia id præsumat.

Cap. nullus.

Quamuis autem ea solum videatur incurri propter collationem sacrorum ordinum si solum textum Trident. spectemus, considerato tamen capitulo, eos qui, iuncto cap. nullus, eodem titulo, videtur probabilius etiam incurri propter collationem minorum ordinum, cum prædicto cap. nullus, Bonifacius 8. suspendat per annum à collatione tonsuræ eum, qui præsumit homini alterius diocesis tonsuram conferre, supponens alios ex alio capite esse suspensos, & proinde probabile est Abbates præsumentes conferre minores ordines alicui sine licentia eius, qui potest eam concedere, incurere hanc suspensionem: quamuis sit verius ordinatum solum incurere censuram, quando recipit sacrum ordinem ab alieno sine licentia proprii, ut Nauar. cap. 25. num. 70. Zerola in praxi Episcopali, verbo, dimissoria ad Ordines ad 2. quia antiqui canones non satis expresse loquuntur de aliis, & verba Tri-

Nauar.
Zerola.

dent. solum vrgent quoad receptionem sacrorum ordinum. Congregatio tamen declarauit cap. 8. cit. intelligi etiam de minoribus ordinibus.

Aduerte Episcopum, à quo potest aliquis ordines suscipere, esse Episcopum originis, vel domicilij, vel beneficii, ut habetur cap. cum nullus, de temporibus ordinationum, in 6.

Episcopus originis dicitur Episcopus loci, in quo quis natus est, cum parentes ibi habent domicilium, vel saltem censetur natus, quod dico, quia ut aliquis censetur Episcopus originis non sufficit aliquem fortuito natum esse certo loco, v. g. in itinere, vel vbi parentes versantur negotiorum causa habentes alibi domicilium, sed cum parentes eo loco domicilium habent. nam licet aliquis nascatur in diocesi Cameracensi, vbi parentes versantur negotiorum causa, habentes domicilium in diocesi Tornacensi, non censetur natus in diocesi Cameracensi, sed in Tornacensi, & Tornacensis Episcopus est Episcopus originis, videri potest l. Cines 7. Cod. de incolis. Panorm. in cap. Rudolphus, de rescriptis. Siluest. verbo ciuitas quæst. 4.

Episcopus domicilij est Episcopus loci, vbi quis habet domicilium. aliquis autem dicitur habere domicilium, vbi sedem figit animo perpetuo manendi nisi quid auocet, ut colligitur ex l. Cines, citatā.

Ex quo patet 1. ut quis dicatur alicubi habere domicilium, non requiri certum habitationis tempus, sed contrahere, cum primum inceperit incolere animo permanendi, nisi quid auocet, quamuis in foro externo ex mora parui temporis non facile præsumatur domicilium, quod omnino præsumi debet ex mora saltem decennali, quamuis in re ipsa non acquiratur, si defuerit animus perpetuo ibidem permanendi modo supra explicato. Domicilium autem semel contractum non perditur solo animo migrandi, sed opus est reali egressu.

Patet 2. studiosos alicuius Vniuersitatis etiam ad decennium in eā commorantes non contrahere ibidem domicilium, si retineant animum in patriam redeundi, sed eorum domicilium censeri esse in patriā, vnde non possunt ordinari ab Episcopo, intra cuius terminos sita est Vniuersitas, sed ab Episcopo domicilij, qui in filius familias, qui nondum peculiarem sibi sedem præfixerunt, est Episcopus domicilij parens, cum hi censentur habere idem domicilium cum parentibus.

Patet 3. filios eorum, qui forte in Vniuersitate uxorem duxerint animo in patriam redeundi, non posse ordinari ab Episcopo Vniuersitatis, quemadmodum enim respectu patris non dicitur Episcopus domicilij, ita respectu prolis non dicitur Episcopus originis, ut ex dictis patet. ordinandus ergo est ab Episcopo domicilij parentis, in quo fingitur natus.

Sed quid si quis susceptus sit ex fornicatione matre certo loco domicilium habente, & patre alio? Videtur eo casu filium, qui domicilium matris, à quā certius procedit, quemadmodum in feruitutis, vel libertatis conditione propter eandem rationem ex legum dispositione matrem sequitur. vnde si talis velit tonsuram suscipere ab Episcopo originis, videtur debere suscipere ab Episcopo domicilij materni, in quo natus est, vel censetur natus, idem dicendum de ordinibus sacris, quos cum dispensatione possit suscipere.

Petes, quid dicendum de filiis vagabundorum? Quamuis patres talium nullibi proprie censentur.

tur habere domicilium particulare, non videntur tamen ratione originis posse ordinari à quolibet Episcopo, sed debere ordinari ab Episcopo loci, in quo nati sunt, cum respectu talium non possit commodius statui Episcopus originis.

Confr. cum parentes nullibi certam sedem habeant, & proinde nullibi habeant domicilium, filij vel dicendi sunt nullum habere Episcopum originis, vel si quis sit assignandus, assignandus erit is, intra cuius diocesim nati sunt.

Patet 4. eum, qui multiplex habet domicilium in diuersis diocesis situm, posse suscipere ordines, à quo maluerit Episcopo domicilij.

Sed quid dicendum de eius filio?

Resp. debere recipere ab Episcopo loci, in quo natus est, cum parens ibidem haberet domicilium, quia ibi non est natus fortuito, & Episcopus loci verè est Episcopus originis.

Dices: etiam alius potest dici Episcopus originis ratione domicilij paterni.

Resp. neg. assumptum, quia, vt aliquis alibi natus, censetur natus certo loco ratione domicilij paterni (saltem in ordine ad præsens negotium) debet esse natus in illo alio loco fortuito, seu cum parens non haberet ibidem domicilium, quod hæc non contingit.

Quid si sit alibi natus fortuito modo explicato?

Resp. eo casu singulos Episcopos posse censeri Episcopos originis ratione domicilij paterni, cum non sit potior ratio vnius, quam alterius.

Episcopus beneficij est is, in cuius diocesi aliquis habet beneficium etiam tenue, vt Henriquez lib. 10. cap. 2. num. 1. quia hic non agitur de titulo sufficienti, sed de causâ, propter quam aliquis sufficienter censetur subici alicui, vt ab eo possit ordines recipere, quæ inter ceteras est beneficium situm in alicuius diocesi, vt patet ex cap. cum nullus, citato, beneficium autem quantumuis tenue est verè beneficium.

Aliqui volunt, vt beneficium requiratur residentiam, in quâ non sit dispensatum cum beneficiario, quia aliâs ratione beneficij non constituitur domicilium. sed probabilius videtur sufficere beneficium non requirens residentiam, quia canon absolute loquitur.

Confr. Pontifex non solum vult ratione domicilij aliquem subici Episcopo, vt possit ab eo ordinari, sed etiam aliis de causis, ergo illæ sufficient quamuis aliquæ propter eas non fortitur domicilium, vide Henriquez cap. citato in commentario littera H. quæ alios citat.

Aduerte vt quis hoc titulo subdatur alicui Episcopo requiri, ut sit verum beneficium, seu constitutum auctoritate Ecclesiæ. vnde si cui nondum ordinato conferatur capellania castralis, vt vocant, extra diocesim originis, vel domicilij, à Domino aliquo temporali, sine ulteriori recursum ad personam Ecclesiasticam pro institutione, vel confirmatione, is non potest ordinari ab Episcopo loci, in quo talis capellania sita est, cum nisi constet ex instrumento, vel aliunde talem capellaniam erectam esse auctoritate Ecclesiæ, præsumi possit non esse beneficium, cum beneficium propriè dictum non soleat obtineri sine collatione, vel confirmatione, vel institutione superioris Ecclesiastici.

Ex dictis sequitur oriundum ex certâ diocesi habentem domicilium in aliâ, & in aliâ beneficium, posse pro arbitrio ordinari à quolibet Episcoporum dictorum locorum: quod proportionem

dicendum est de habente plura domicilia, vel beneficia in variis Episcopatibus sita. vbi

Notandum quod cum cap. eos qui, citato eadem cedatur clericis Episcoporum, qui suspensionem incurrerunt, eo quod præsumpserint scienter, vel ex ignorantia affectatâ ordinare alienum sine licentiâ proprij, cum, inquam, talibus clericis concedatur, vt postquam suspensio fuerit manifesta, possint ordines recipere à vicinis Episcopis sine licentiâ suorum Episcoporum, eum, qui ex his diuersis titulis potest ordinari à variis Episcopis, posse eo casu ordinari ab Episcopis vicinis, non solum Episcopo originis, sed etiam Episcopo domicilij, vel beneficij, quia etiam ratione domicilij, vel beneficij, potest dici habere Episcopos vicinos suo Ordinario. Hoc aliqui extendunt ad casum quo Episcopus est irretitus publicâ censurâ qualibet, sed omnino verius est non extendi extra casum capituli citati; quia suspensio eo cap. infligitur in penam, vt scilicet in eo puniatur Episcopus, in quo peccauit, & proinde non debet ad alios casus extendi; quibus Episcopus prohibetur ordines conferre, idque confirmat quedam responsio Cardinalium in cap. 10. de reformatione sess. 7. in quâ dicitur propter hæresim Episcopi non posse adiri viciniorem Episcopum, vel Metropolitanum, sed sedem Apostolicam.

Ex dictis videtur etiam sequi, quod vbi Trid. non est receptum, Abbas mitratus habens iurisdictionem Episcopalem in seculares, possit minores ordines conferre sibi subdito ratione originis, vel domicilij, vel beneficij.

Petes vtrum hæc habeant locum in religiosis etiam non habentibus privilegium, vt à quolibet possint ordinari?

Resp. habere; quia verba canonis non restringuntur ad seculares. 2. quia §. religiosi, id infinitatur, vbi indicatur quod religiosi possint ordinari ab Episcopo originis, quod tenet Glossa in cap. cum nullus, citato in fine, & ab Episcopo loci, in quo commorantur deputati à superioribus. 3. quia etiam respectu religiosorum denegatur superiori regulari potestas dandi dimissorias, eaque refertur Episcopo, scilicet originis, domicilij, beneficij vt eodem cap. indicatur.

In initio dixi, sepositis privilegijs, quia varia multis religiosis domibus, vel ordinibus hac in parte concessa sunt, sua quisque debet consulere. tantum

Notandum ex eo præciso capite, quod aliqua domus religiosa &c. eximatur à potestate Ordinarij, non habere facultatem vt religiosi possint ordinari ab alio Episcopo, quam eo, intra cuius fines domus sita est. Varij referunt Clementem 8. in quodam decreto anno 1396. concessisse regularibus, vt si diocesanus abesset, vel non esset habiturus ordinationes, possent à quocumque alio ordinari, modò prædicti regulares non distulissent de industria in illud tempus, quos tamen Episcopus, ad quem mittuntur, potest examinare.

Episcopus etiam proprius excommunicatus, suspensus ab officio, vel saltem ab ordinum collatione, interdictus, ordines conferre non potest, quod si conferat, præter peccatum incurrit irregularitatem, & qui à talibus ordines suscipiunt, suspenduntur ab ordine suscepto, suspenduntur etiam ordinati à schismaticis cap. 1. de schismaticis. similiter ordinati ab hæretico, vel degradato. item ordinatus ab eo, quem nouit esse simoniacum, cap. si qui à simoniacis 1. quæst. 1. Dico, nouit, quia igno-

rans

Cap. per

140.

Petitio.

Resp.

Extr. Ad
entand.

rans vitium non incurrit suspensionem, vt patet ex can. citato & ex cap. per tuas, 2. de simoniâ.

Queritur num huiusmodi suspensio incurrat si ordinans non sit nominatim per sententiam denuntiatus?

Resp. licet iure antiquo incurreretur, verius tamen esse post Concilium Constantiense non incurrî, nisi sit vel nominatim denuntiatus, vel notorius clerici percussor. nam iuxta extr. ad entand., quam refert Antoninus 3. parte, titulo 22. cap. 6. §. 4. non tenemur alios pretextu censuræ, vel sententiæ vitare, ergo iuxta facultatem per hanc constitutionem concessam possunt fideles communicare cum hæretico, excommunicato, suspensio &c. qui non est nominatim denuntiatus, idque iuxta conditionem actus, in quo versantur, ergo possunt petere ab eis ordinari, & recipere ordinem expeditum, id est cum executione.

Confir. nisi Concilium permitteret actum secundum suam conditionem, nullum fauorem præstaret fidelibus. quamvis ergo ordinans non habeat hoc sensu executionem ordinis, quod possit se ingerere sine peccato, habet tamen in fauorem alterius, Ecclesiæ alteri permittente, vt possit cum tali communicare, & ita ordinatio post Concil. Constantiense non est censenda eo casu irrita. ita Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 22. num. 35. versus finem, qui plures citat. Vnde si obligatus ratione beneficii ordines suscipere, nõ possit alium iure adire, potest suum Episcopum excommunicatum, suspensum, simoniacum, modò non nominatim denuntiatum rogare, vt ordines sibi conferat, nec in eo peccat, vel vllam censuram ex eo capite incurrit, & Episcopus rogatus conferens ordines nullam incurrit irregularitatem.

Nominatim denuntiatus etiam rogatus non potest ordinare, neque vllus potest ab eo etiam volente ordines recipere: & quo casu nouit ordinantis vitium, incurrit censuram: si verò illud ignoret, incurrit saltem impedimentum exercendi functionem, quia nominatim per sententiam denuntiatus nullo modo potest tribuere executionem ordinis, quantumvis aliquis inculpate illum recipiat, Ecclesiâ quoad hoc ei resistente.

Ex licentiâ proprii Episcopi possunt ordines ab alio suscipi. vbi

Notandum neminem posse sacros ordines suscipere ab eo, qui renuntiavit Episcopatu quoad locum, & dignitatem vt cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu. vbi decernitur illi non posse committi ordinationem, immò suscipiens sacros ordines scienter ab eo, qui ita renuntiavit, ipso iure suspensus est ab ordine suscepto, cap. citato. si ignorantia probabilis intercedat, contrahit simplex impedimentum exercendi functionem ordinis suscepti, in quo Episcopus potest dispensare, cap. citato. Dixi, qui renuntiavit quoad dignitatem, quia si quoad eam non renuntiaverit, potest illi committi collatio ordinum, cap. citato. Dixi etiam, sacros, quia minores potest conferre etiam is, qui renuntiavit dignitati Episcopali, vt ibidem insinuat.

Aduerte cap. 1. de temporibus ordinationum, in 6. Episcopum Italum prohiberi Ultramontanum sacris ordinibus initiare sine speciali licentiâ Pontificis, vel Episcopi, per eius patentes litteras continentes causam rationabilem, quare nolit, aut nequeat ordinare; aliter ordinati incurrunt suspensionem Pontifici seruata, à quâ etiam Pœnitentiarij Pontificis absolueri nequeant, vt cap. citato.

Quamvis communiter non liceat alienum sine licentiâ proprii Episcopi ordinare, tamen per Trident. sess. 23. cap. 9. de reformatione, conceditur Episcopo, vt possit ordinare suum familiarem, id est, domesticum, si per triennium fuerit cum eo commoratus, & beneficium quatuordecim frande cessante statim reipsâ illi conferat, aliâs non potest etiam minores ordines conferre, vt Congregatio. vbi

Aduerte 1. non sufficere triennium inchoatum, sed requiri completum, saltem vltimam diem inchoatam, quia decretum dicit: *Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit nisi per triennium secum fuerit commoratus*; sufficit tamen habitationem inchoatam esse antequam ordinans esset Episcopus, vt Congregatio.

Aduerte 2. quod dicitur de beneficio statim conferendo intelligi, cum primum vacauerit, immò potest ordinare ad titulum patrimonij sufficientis, vel pensionis, vt Congregatio, iuxta quam potest etiam iis euentibus dare dimissorias, vt ab alio ordinetur.

Aduerte 3. eo decreto non comprehendi Episcopos titulares, qui nullo pretexto, etiam vigore cuiuscumque priuilegij de promouendo quocumque ad se venientes, possunt etiam suum familiarem vel quemcumque alium alterius subditum etiam minoribus, vel primâ tonsurâ initiare absolute expresse consensu proprii Prælati, aut litteris dimissoriis. contra facientes ipso iure sunt suspensi ab exercitio Pontificalium per annum, ordinati verò sunt suspensi ab executione ordinum sic acceptorum donec suo Prælati visum fuerit, ita Trident. sess. 14. cap. 2. de reformatione.

Quemadmodum Episcopus originis, domicilij, vel beneficii potest aliquem ordinare, ita idem potest dare licentiam vt ab alio ordinetur, seu dare dimissorias, cap. cum nullus citato. vbi id denegatur inferioribus Prælati, religiosi vel aliis, nisi à sede Apostolicâ speciale habeant indultum. eadem potestas denegatur officiali Episcopi: si tamen Episcopus agat in remotis, eius in spiritualibus vicarius potest dimissorias concedere, vt cap. citato.

Quenam distantia ad hoc sufficiat, videtur prudentis iudicio relinquendum. videtur esse remotus, si sit extra provinciam, vel etiam in finibus amplæ diocesis. Eodem cap. cum nullus, datur facultas Capitulo sede vacante, vel ei, ad quem tunc spiritualis administratio pertinet, vt possit dimissorias concedere.

Petes, an Abbas habens iurisdictionem Episcopalem in saculares, eas possit dare?

Resp. probabile esse, quod possit. de minoribus patet, quia iure antiquo potest eos ordines suis subditis conferre, ergo eisdem dare licentiam illos recipiendi à quocumque valente conferre.

Quamvis alios conferre non possit, quia tamen habet in suos Episcopalem iurisdictionem, censeturque eorū Ordinarius, potest respectu subditorum ea, quæ sunt iurisdictionis, vt est concessio dimissoriarum. quando ea facultas denegatur inferioribus Prælati etiam religiosi, intelligitur de non habentibus Episcopalem iurisdictionem in saculares, quales sunt varij Archipresbyteri, Archidiaconi &c. qui licet habeant spiritalem externam iurisdictionem, non habent tamen Episcopalem.

Dices, in iure dicitur *Episcopus*, qui videtur operari omni non Episcopo.

Resp. nomen Episcopi in iis, quæ sunt iurisdictionis.

tionis, posse applicari habenti Episcopalem iurisdictionem, quamvis non sit Episcopus proprie dictus, nisi constet de contrario. Itaque censeo ubi Trident. non est receptum, Abbatem, qui habet potestatem Episcopalem in secularibus, posse eisdem dimissorias concedere, ut possint ordinari ab alio, quam ab eo, intra cuius fines consistunt.

Dico, ubi Trident. non est receptum, quia cap. 10. de reformatione sess. 23. quædam circa hoc præscribuntur observanda in locis, in quibus Trident. receptum est.

1. Prohibetur Abbatibus, quantumvis exemptis dare secularibus dimissorias. quod etiam prohibetur aliis exemptis, Collegiis, vel Capitulis etiam cathedralibus, referuatà potestate Episcopis, intra quorum fines existunt. ubi

Aduerte nomen Episcopi sumi pro vero Episcopo saltem confirmato, prout distinguitur ab aliis habentibus iurisdictionem Episcopalem.

Aduerte 2. hanc dispositionem, vel eius poenam non respicere Abbatem, vel alium habentem Episcopalem iurisdictionem intra nullius diocesis fines existentem. nam quemadmodum ille potest suis minores ordines conferre in casibus superioris dubij, ita potest dimissorias dare, quas etiam dare potest quoad maiores ordines, quæ satis videntur patere ex verbis ipsius decreti.

2. Derogatur quibusvis privilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus.

3. Concedentes dimissorias contra formam decreti sunt ipso iure suspensi ab officio, & beneficio per annum, quæ poena non afficit regularem concedentem dimissorias regulari, quia canon solum agit de clericis secularibus.

4. Poena constituta sess. 7. cap. 10. in illos, qui impetrant dimissorias contra formam decreti, extenditur ad eos, qui illas impetrant ab aliis succedentibus in iurisdictione Episcopali loco Capituli. eo vero capite prohibetur Capitulo sede vacante infra annum à die vacationis dare dimissorias, nisi quis occasione beneficii recepti, vel recipiendi actus fuerit. aliàs Capitulum Ecclesiastico interdicto subiacet: ordinatus vero in maioribus suspenditur ab executione ordinum. unde qui infra annum accipit dimissorias à Vicario constituto à Capitulo, eam censuram incurrit, & Vicarius suspenditur per annum ab officio, & beneficio, iuxta decretum cap. 10. sess. 23.

Aduerte tamen 1. si Episcopus sit hæreticus, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis posse dare dimissorias, ut censuit Congregatio in cap. 10. sess. 7.

Aduerte 2. dimissorias non debere esse antiquas, cum in iis præbatur testimonium, quod is, cui conceduntur, careat impedimento canonico. quantum autem temporis debeat effluxisse, ut censeantur antiquæ, videtur relinquendum prudentis Episcopi iudicio, spectatà distantia loci, in quo commoratur Episcopus dimissorias concedens.

Aduerte 3. probabile esse dimissorias concessas non expirare morte concedentis, vel si eius potestas expiret. quia gratia concessa solet etiam post mortem concedentis durare. docet Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 28. num. 83. cum multis citatis, quod etiam intelligitur de dimissoriis datis à Capitulo, vel Vicario Episcopi, vel Capituli, quibus casibus dimissorias possunt concedere.

Quod dicitur de dimissoriis, non tantum intelligitur respectu secularium, sed etiam respectu regularium, qui eas debent accipere ab Episcopo,

intra cuius fines consistunt, nisi habeant facultatem, ut possint à quolibet ordinari.

Litteras tamen testimoniales probitatis, & morum Prælatus regularis dare potest, qui melius novit subditum; & præsertim id potest habere locum in Prælato exempto, qui hac in parte dici potest Ordinarius, de quo agit Trident. sess. 23. cap. 8. de reformatione. videri potest Vasquez disp. 246. cap. 6. num. 55. Adde vñ contrariò bonâ fide introducto etiam quoad non exemptos legem eâ in parte quibusdam in locis videri abrogatam, fauet etiam quædam responsio Cardinalium in caput 5. de reformatione sess. 23.

Qui sacros ordines recipit ab alio sine dimissoriis, suspenditur ab eorum executione per Extravag. Pij 2. *Cum ex sacrorum*, ut refert Nauar. cap. 25. num. 70. ubi cum requiratur præsumptio ad incurrendam suspensionem ex aliis capitibus, eadem requiratur ut etiam ex hoc capite suspensio incuratur. ita Zerola verbo *dimissorie ad ordines*, §. Zerola. ad 4. Suarez tomo 5. disp. 31. lect. 1. num. 36. estimat eum, qui e mentito titulo impetrat dimissorias ab Episcopo, ut ab alio ordinetur, etiam incurere hanc censuram, quia illæ sunt invalidæ.

D V B I V M X V.

De temporibus ordinationum.

SACRI ordines conferri debent temporibus statutis à canonibus, quæ referuntur can. ult. dist. 75. ubi id statuitur de ordine diaconatus, & sacerdotij, & cap. de eo, de temporibus ordinationum id statuit Alexander 3. de subdiaconatu. hæc tempora sunt sabbata omnium quatuor temporum anni, sabbatum ante Dominicam passionis, & sabbatum sanctum, extra quæ non licet absque speciali licentiâ Pontificis sacrum ordinem conferre, etiam vi consuetudinis, ut cap. *sancti*, titulo citato. ordinati extra tempora sine licentiâ sunt ab ordinibus suscepti suspendendi, cap. *cum quidam*, eodem titulo. immò si præsumperint ordinari, sunt ipso facto suspensi, per Extravag. *Cum ex sacrorum*, præcedenti dubio citatam.

Minores ordines non solum his diebus conferri possunt, sed & feriâ 6. præcedente, item feriâ 4. & receptâ Episcoporum consuetudine. Immo & Dominicis diebus & festis possunt paucis conferri, pluribus, inquam, quam duobus, ut Sylvest. verbo *Ordo* quaest. 6. qui plures citat. Henriquez lib. 10. cap. 12. num. 2. quamvis enim cap. de eo, dicatur: *uni, vel duobus*, per hoc tamen solum videtur significari, ut Dominico vel festo die non fiant ordines generales, etiam minores. Quod autem eo cap. dicitur *festis*, non tantum videtur intelligendum de festo, quod servatur in populo, sed etiam de eo, quod servatur in choro.

Prima tonsura potest dari quolibet tempore, & loco, etiam post prandium.

Minores ordines possunt dari quolibet loco, sed non nisi manè, ut Pontificale Romanum, possunt verò conferri sine Missâ.

Maiores ordines debent conferri manè in Ecclesia, & sub Missâ, non tamen requiritur, ut ipse Episcopus celebret, cum id nullo iure statuatur, quando autem ordines extra Ecclesiam cathedrali conferuntur, quantum fieri potest, dignior Ecclesia est eligenda, ut monet Trident. sess. 23. can. 8. de reformatione.

Notandum omnes minores ordines posse eodem

148.

Extravag. cum ex sacrorum.

Nauar. §. Zerola. Suarez.

149.

Cap. sancti.

Cap. cum quidam.

Extravag. cum ex sacrorum.

150.

Sylvest. Henriquez.

Cap. de eo.

Conferens Episcopus celebret, cum id nullo iure statuatur, quando autem ordines extra Ecclesiam cathedrali conferuntur, quantum fieri potest, dignior Ecclesia est eligenda, ut monet Trident. sess. 23. can. 8. de reformatione.

Cap. de co.

dera die vni conferri, vt communiter Doctores, & colligitur ex cap. de eo, de temporibus ordinationum: cui non repugnat Trident. sess. 23. cap. 11. de reformatione, vbi dicitur minores ordines per temporum interstitia conferendos, quia additur, nisi aliud Episcopo magis expedire videretur, quod facile potest iudicare, quia non expedit studiosos toties excurrere, vt per temporum interualla prædictos ordines cum detrimento studiorum recipiant.

151.

Henricq.
Vasq.
Nauar.

Aliqui censent non licere simul cõferre primam tonsuram, & minores ordines, sed id neque textu, neque ratione nititur. vnde alij probabilius censent primam tonsuram posse conferri eodem die cum minoribus ordinibus, immò & minores cum subdiaconatu: Henricq. lib. 10. cap. 11. num. 4. Vasquez disp. 246. cap. 5. num. 48. videri etiam potest Nauar. cap. 25. num. 71. quia iura in contrarium citari solita hac de re non agunt, neque vlla est consuetudo contraria vim legis obtinens, & obligans.

Cap. litterar.
Cap. dilectus.

Duo sacri ordines non possunt vni eodem die conferri, vt decernitur cap. litteras, & cap. dilectus, de temporibus ordinationum, & renouatur in Trident. sess. citatà cap. 13. de reformatione, vbi reuocantur priuilegia etiam regularibus in contrarium concessa. itaque, vbi Trident. receptum est, nullus regularis vi priuilegiorum antea concessorum potest duos sacros ordines eodem die recipere, quamuis id possit, vbi non est receptum.

Aduerte cap. litteras citato, conferentem eodem die duos ordines sacros suspendi à collatione vtriusque ordinis, quæ suspensio Papæ reservatur: recipientem verò suspendi ab executione posterioris ordinis recepti, quæ suspensio similiter reservatur Pontifici.

152.

Cap. quod à
Patribus.

Non tantum est prohibitum duos sacros ordines vni eodem die conferre, sed etiam duobus diebus continuato ieiunio, cap. litteras citato, suspenditurque vt supra tam ordinans, quàm ordinatus. itaque licet Episcopus continuato ieiunio possit die Dominicæ manè sacrum ordinem conferre, vt colligitur ex cap. citato, & patet ex can. quod à Patribus, dist. 75. qui est Leonis Papæ (quia propter continuationem ieiunij fictione canonicâ vespere sabbati, & manè Dominicæ diei censentur ad eundem diem pertinere) nihilominus non possunt plures ordines conferri vni, & eodem ieiunio ita continuato. immò propter illam fictionem habenti priuilegium, vt extra tempora ordinetur etiam duobus continuis diebus, non possunt hoc modo duo sacri ordines conferri, quia eo casu censentur conferri vno die, ad quod, priuilegium non se extendit.

153.

Canones
agentes de
ieiunio vi-
dentur in-
telligi de
Ecclesiasti-
co.

Controvertitur verò, quid ad hanc ieiunij continuationem requiratur. Aliqui censent requiri ieiunium naturæ, vt ne quidem ablutio in sacro diei sabbati sumpta sit. Alij verò censent sufficere Ecclesiasticum vt Syluest. verbo ordo 2. quæst. 6. quod est probabilius, quia canones agentes de ieiunio videntur intelligere Ecclesiasticum, nisi aliud expriment.

154.

Quæ his capitulis dicta sunt de duobus sacris ordinibus eodem die non conferendis, non intelliguntur de ordinatione Episcopi. vnde nihil facit contra prohibitionem istorum capitulorum, qui eodem die suscipit ordinem sacerdotij, & consecratur in Episcopum, v. g. eodem die Dominico vel continuato ieiunio, vel quia ex dispensatione potest ordinem sacerdotij extra tempora suscipe-

re. videri potest Suarez tomo 5. disp. 31. sect. 1. in octaua suspensione.

Notandum 1. in locis, vbi Trident. receptum est, Subdiaconum non debere promoueri ad diaconatum, nisi per annum in suo ordine versatus sit, vt statuitur sess. 23. cap. 13. quod etiam decernitur de Diacono cap. 14. in quo tamen interstitio potest Episcopus dispensare, vt ibidem declaratur, & quidem vt Subdiaconus promoueat ad diaconatum, minor causa sufficit, quàm vt Diaconus promoueat ad sacerdotium, vt indicatur cap. 14. citato.

Addere tamen consuetudinem, quæ plerique Episcopi facile dispensant, satis declarare Episcopum posse sine magno scrupulo etiam sine vrgenti causâ in his interstitiis dispensare, fauetque responso aliqua Cardinalium in cap. 13. citatum.

Aduerte annum, cuius interstitium est seruandum inter singulos sacros ordines, non debere mathematicè computari, sed modo Ecclesiastico, v. g. à Paschate ad sequens Pascha. ita respondit Sixtus 5. referente Congregatione in prædictum caput 13. vnde si quis habeat licentiam à suo Ordinario ordinis ab alio recipiendi seruatis interstitiis, potest ordinari, si interstitia more Ecclesiastico seruauerit, quamuis non effluerit annus ab vltimâ ordinatione.

Notandum 2. dicta de seruandis temporibus à iure statutis, & interstitiis, intelligi sepòsitâ priuilegiis, qualia quibusdam Ordinibus sunt concessa, vbi

Occurrit Abium num Ordines, qui habuerunt priuilegium ante Trident. vt eorum subditi regulares possent ordinari extra tempora, possint eo vti in locis, quibus Trident. receptum est: Negant aliqui, eò quòd sess. 25. cap. 2. de regularibus derogetur illi, cum dicitur: *Et ac omnia, & singula in superioribus decretis contenta obseruari sancta synodus præcipit in omnibus cenobijs, ac monasterijs, collegijs ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium &c. non obstantibus eorum omnium, ac singulorum priuilegijs sub quibuscumque formulis verborum conceptis &c.*

Verum probabilius est quòd vti possint suo priuilegio, & quòd generalis illa derogatio sit applicanda locis Concilij in quibus derogatur priuilegijs religiosorum, non verò se extendat ad omnia decreta, quæ etiam sine derogatione priuilegiorum sunt edita: hoc sensu, sancta Synodus vult omnia supra dicta decreta seruari etiam cum derogatione priuilegiorum, quando ea in aliquo decreto est appòsita, quasi illa generalis derogatio sit appòsita ad maiorem inculcationem particularium, non verò respiciat ea decreta, in quibus non fuit derogatum priuilegijs.

Episcopalis ordinatio quæ in Dominico fieri debet, potest adhiberi ei, qui pridie est ordinatus sacerdos, vt varij.

DVBIUM XVI.

De subiecto capaci ordinationis.

MONTANISTÆ, quos alio nomine Pepusiānos vocat Epiphanius hæresi 49. eodem teste mulieres ordinabant in diaconos, presbyteros, Episcopos, de quibus etiam videri potest Aug. de hæresibus hæresi 27.

Dico 1. fœmina iure diuino est incapax Sacramenti ordinis, ita vt si attentetur ordinatio, sit irrita, & nulla est certa, quæ probari potest ex ipso

sensu, & praxi Ecclesiæ, quæ nunquam permittit vllam feminam ordinari.

Confirm. 1. ordo est institutus à Christo ad docendum, & præsidendum in Ecclesiâ, mulier autem prohibetur in Ecclesiâ docere, & præesse, vt patet ex Apostolo 1. ad Cor. 14. ergo conueniens est vt non sit capax ordinis ad id instituti.

Confirm. 2. ex eo quod neque Christus, neque Apostoli mulieres etiam sanctissimas ordinarint.

Occurrit obiectioni. Neque contra hæc est argumentum alicuius momenti: nam diaconissæ & presbyteræ, quarum apud antiquos fit mentio, non ita vocabantur ab aliquo ordine recepto deferenti altari, sed presbyteræ vocabantur vxores presbyterorum, quas hi duxerant ante suam ordinationem, de quibus can. presbyter, distinct. 32. vel erant viduæ vnus viri can. mulieres, eadem distinct. Diaconissæ erant viduæ, vel virgines deputatæ ad custodiendas ianuas templi, per quas solebant mulieres ingredi, & ad ministrandum sacerdoti in baptismo mulierum.

Ex his patet Hermaphroditum, in quo præualet sexus fœmininus, non posse validè hoc Sacramentum suscipere.

Vt masculus Sacramentum ordinis recipiat, requiritur baptismus, vt docetur titulo de presbytero non baptizato, cum baptismus sit ianua Sacramentorum. his præmissis tanquam certis

Difficultas est, an masculus possit in qualibet ætate validè ordinari?

Prima sententia fuit quorundam ante tempora D. Tho. paruulos ante vsum rationis non esse capaces huius Sacramenti, quorum sententiam sequitur Durand. distinct. 25. quæst. 2.

Secunda sententia est Paludani eadem distinct. quæst. 3. post tertiam conclus. eos non posse validè ordinari, nisi interueniat consensus parentum, vel eorum, quorum curæ subsunt.

Tertia sententia absolute asserit masculos paruulos posse validè ordinari ante vsum rationis, etiam sine consensu eorum, quorum curæ sunt commissi, ita communiter Doctores. D. Tho. distinct. citata quæst. 2. artic. 1. quæst. 2. Scotus quæst. 2. §. hic breuiter. Richard. art. 4. quæst. 2. & alij.

Dico 2. infans potest validè ordinari, etiam nullo interueniente consensu eorum, quorum curæ est commissus.

Probat. 1. ex cap. vico de clerico per saltum promotus, vbi Innocentius 3. non curat repeti minores ordines eius, qui ante annos discretionis eos receperat, nec ponderat eo loco, quod receperat ex consensu parentum, vel eorum, quorum curæ erat commissus. ex quo habemus contra Palud. qui tenet minores ordines esse Sacramentum, Sacramentum ordinis posse validè suscipi à masculo ante vsum rationis, etiam sine consensu parentum.

Probat. 2. in Sacramentum ordinis possumus duo considerare, rationem Sacramenti, & quod sit Sacramentum, per quod tribuitur quædam spiritalis potestas: neutrum obstat, quod minus illud possit recipi ante annos discretionis; non prius, quia ratio Sacramenti in genere non requirit vsum rationis in suscipiente, vt patet in baptismo.

Dices requiri saltum in alio, per quem infans censeatur voluntariè suscipere.

Resp. in rigore negando, quamuis enim omnes repugnarent, etiam ij, quorum curæ infans est commissus, si minister applicet materiam sub

legitimâ formâ, & legitimâ intentione, verè baptizabitur.

Non obstat etiam posterius, quia vt bene Scotus supra, optimè potest consistere potestas in aliquo sine potentia proximâ ad executionem illius potestatis propter aliquod impedimentum: quamuis ergo per Sacramentum ordinis conferatur potestas ad aliquid, quod infans pro eo statu nequit præstare, non obstat, quod minus ordo illi possit conferri.

Confirm. si id impediret, ordo non posset validè conferri illi, quem constaret cupiuisse ordinari, antequam incideret in amentiam, cum pro eo statu non possit exire in actum potestatis, quæ per ordinem confertur: & si quid vigeant pleraque argumenta, quæ adferuntur contra ordinationem infantis, etiam militent contra huius ordinationem.

Obiicitur 1. in hoc Sacramento requiri contactum materiam non solum physicum, sed morale, id est prouenientem ex vfu rationis, quod patet ex formâ: *Accipe potestatem &c.* infans autem non potest accipere moraliter instrumenta. Omisâ responsione eorum, qui censent contactum materiam non requiri, utpote non necessariâ ad argumenti solutionem

Resp. 1. idem argumentum fieri posse contra ordinationem amentis, qui desiderauit ordinari, antequam incideret in amentiam: quamuis enim dici possit perseverare in eo voluntatem interpretatiam suscipiendi Sacramenti, si tamen ad illud requiratur physicus contactus instrumentorum proueniens ex vfu rationis, amentis non potest validè ordinari, cum nequeat tangere instrumenta ex vfu rationis.

Resp. ergo 2. in genere loquendo non requiritur talem contactum prouenientem ex vfu rationis, sed sufficere physicum. nego etiam plus indicari per formam. 1. quia forma in variis ordinibus non dicit, vt recipiens Sacramentum accipiat instrumenta, sed accipiat potestatem, quod verè dici potest infanti, cui potest conferri potestas: infans enim inter homines potest hac ratione creari Rex, accipe potestatem gubernandi: infans potest adire hereditatem, & dominium alicuius rei acquirere consimili formâ per contactum alicuius rei. 2. licet in quibusdam ordinibus per formam significetur suscipienti, vt accipiat instrumenta, potest esse vera, si a tero tradente instrumenta infans illa tangat.

Dices, particula, *accipe*, designat, quod debeat recipere ex alterius imperio, ergo aduertens alterius imperium, ergo debet ex vfu rationis accipere. Prior consequentia probatur, imperium non dirigitur ad eum, qui nullo modo potest illud advertere.

Resp. neg. antecedens, quamuis enim forma ordinationis optimè proferatur in imperatio, quia per illam confertur gradus, & potestas, non tamen per eam designatur imperium ordinantis in ordinatum, sed simplex collatio potestatis, vel traditio instrumenti; quæ traditio fieri potest etiam non videnti ratione, si per suam naturalem conditionem sit capax rationis; vt patet in infante, qui simili ratione potest constitui Rex, Dux, Dominus. potest etiam negari prior consequentia, cum ex vfu Ecclesiæ constet imperium dirigi ad non intelligentem, vt ex modo proferendi designetur virtus, & efficacia verbi. quæ ratione ante baptismum dicitur infanti: *Accipe sal sapientiæ.*

Cccc

Obiicitur

163.
Obiectio 2.
Resp.

Obiicitur 2. videtur absurdum asserere parvulum esse sacerdotem, aut Episcopum, quoad prius Resp. nullum esse absurdum, cum per ordinis susceptionem solum recipiat potestatem, non vero necessitatem executionis, sine qua ordo non possit consistere. De posteriori maior est difficultas, quia Episcopus videtur designare officium, & curam, & quia est sponsus Ecclesiae: hinc varij censent infantem non posse validè in Episcopum ordinari.

Distinguitur in Episcopo potestas Episcopalis ab onere gubernandi.

Sed dicendum in Episcopo distingui characterem & potestatem Episcopalem ab onere gubernandi Ecclesiam, & prius posse conferri infanti, licet posterius quod requirit liberum consensum recipientis, non possit ei imponi. cum ergo ordinatio Episcopalis tendat ad prius, non autem necessarium, & essentialiter ad posterius, nihil obstat, quod minus etiam infanti conferri possit; ita ut infans per illam ordinationem constituatur in eo gradu, per quem possit ei committi Ecclesiae gubernatio, & constitui sponsus alicuius Ecclesiae, non tamen reipsa ita committatur, ut sine ulteriori consensu praestando, quando perveniet ad usum rationis, obligetur Ecclesiae curam suscipere.

DUBIUM XVII.

De aetate ordinandorum, eorumque qualitate.

164.

QVAMVIS ordo possit validè infanti conferri, constat tamen non posse conferri licitè, cum ex iuris dispositione variae conditiones requirantur, ut quis licitè ordinetur, quæ nequeunt inveniiri in infante.

Suppono autem 1. nullum excommunicatum, interdictum, suspensum ab ordine, irregularem posse licitè ordines suscipere.

Suspensio ex consequenti impedit ascensum ad ordinem superiorem.

Dixi etiam suspensum, quia licet suspensio ab ordine propriè impediatur illius functionem, ex consequenti tamen propter indecentiam etiam impeditur ascensum ad superiorem. vbi

Sa. Henric. Sylvest.

Notandum, si Episcopus absoluat ad cautelam ab omni excommunicatione, & censurâ, dispensatque in irregularitate, absolutionem comprehendere etiam regulares, & extraneos Episcopo non subiectos, ut Sa verbo *Ordo* num. 15. Henriquez lib. 10. cap. 20. num. 2. immò iuxta Sylvest. verbo, *Irregularitas*, in fine, si Episcopus intendat dispensare, tenet dispensatio, licet verbis non utatur, quod saltem quoad forum internum videtur verum. videri etiam potest Fumus eodem verbo num. 81. & alij, qui id colligunt à simili ex cap. *præterea*, de officio, & potestate iudicis delegati, vbi dicitur: *Ex eo quod causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare cognoscuntur, plenariam recipit potestatem.*

Fumus.

Cap. *præterea*.

Quoad exemptos verò idem ostenditur, ex eo quod superior in hac causâ favorabili censeatur suum subditum Episcopo subiacere.

Superior regularium in causâ favorabili censetur suum subditum Episcopo subiacere.

Hæc dispensatio, & absolutio solum videtur prodelle pro oblitis, vel dubiis, quia Episcopus non videtur velle favere ei, qui sciens accedit cum impedimento canonico.

Extrauag. *Cum detestabile*.

Suppono 2. nullum posse ordines simoniace recipere, & talem ipso iure incurere suspensionem Pontifici reservatam. Extrauag. *Cum detestabile*, de simoniâ. hoc præmissis

Dico 1. ut ordo licitè recipiatur, requiritur certa ætas, vbi

Notandum Fabianum Pontificem epist. 3. ad Hilarium Episcopum constituisse, ut nemo presbyter ordinaretur ante completum trigésimum ætatis annum, quod etiam in Concil. Neocaesariensi cap. 11. statuitur. extant & alia hæc de antiquorum Conciliorum statuta.

Clemens 5. in Concil. Viennensi statuit, ut quis possit anno 18. promoueri ad ordinem subdiaconatus, anno 20. ad ordinem diaconatus, anno 25. ad presbyteratum, refertur Clementina ult. de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. pro minoribus nulla certa ætas requiritur, quamvis ante usum rationis nulli eos conferre liceat.

Trident. verò sess. 23. cap. 12. de reformatione, statuit ut nullus ad subdiaconatum ordinem ante 22. ad diaconatum ante 23. ad presbyteratum ante 25. ætatis suæ annum promouetur, etiam regulares, quorum privilegium hæc in parte derogatur, itaque vbi Trident. receptum est, non possunt virtute privilegiorum ante illud Concilium concessorum in minori ætate sacros ordines suscipere, quamvis alibi suis privilegiis uti possint.

Aduerte annum iure antiquo Concilij Viennensis & nouo Trident. non debere esse completum, sed sufficere inchoatum, quod patet 1. ex praxi etiam iis locis, quibus Trident. est receptum, in quibus exacto anno 21. potest aliquis ordinem subdiaconatus recipere &c. 2. ex communi modo explicandi annum in simili formâ loquendi: nam Doctores communiter censent sufficere inchoatum, itaque vbi Trident. non est receptum, potest aliquis exacto anno 17. recipere ordinem subdiaconatus, exacto 19. ordinem diaconatus, ut Glossa in prædictam Clementinam. Adde sufficere inchoatum à momento natiuitatis, ut potest colligi ex iis, quæ in simili docet Sanchez lib. 2. de matrimonio disput. 24. quaest. 4. num. 16. & 12. itaque natus hora 3. vel 4. matutinâ potest sub horam octauam illius diei, quo finit annum 21. subdiaconatus ordinem recipere.

Dubium oriri potest, num etas possit computari à natiuitate in vtero, an verò debeat computari à natiuitate ex vtero? non enim defuerunt, qui censerent posse computari menses, quibus infans latet in vtero. sed id omni caret probabilitate, quod in simili notat Couarr. epitome 4. decretalium 2. parte cap. 8. §. 2. num. 3. vnde

Resp. ætatem computandam à natiuitate ex vtero.

Probatur, quando iura requirunt certam ætatem, sunt intelligenda de ætate, quam usu communi homines intelligunt; communi autem usu, quando agitur de ætate alicuius, intelligitur ea, per quam homines exterius censentur esse in humanis.

Confir. quando assignatur certa hominis ætas intelligitur ea, de qua hominibus constare possit, quæ non est ætas natiuitatis in vtero omnino occulta, & minus certa, cum alij prodeant mense septimo, alij octauo, alij nono.

Confir. 2. quando Concilium agit de ætate hominis, agit de eâ, quâ possit constare, quod homo natus sit; sed ne quidem inter medicos satis conuenit, quo die à conceptione foetus animetur animâ rationali.

Aduerte eum, qui ante legitimam ætatem præsumit sacrum ordinem recipere, incurere suspensionem

Extravag. Cum ex sacrorum. Pij 2. quam refert Nauar. tum alibi, tum cap. 27. summæ num. 155. ubi notat bonam fidem, vel etiam ignorantiam crassam exculare à censurâ. unde qui bonâ fide, vel etiam ex ignorantia crassâ est ordinatus ante ætatem, quamvis nequeat uti ordine antequam ad illam pervenerit, ubi tamen pertigerit ad legitimam ætatem potest eo uti absque peccato, & violatione censuræ: quod est notandum pro variis, qui minus prudenter suscipiunt sacros ordines ante legitimam ætatem, qui non sunt statim censendi hanc censuram incurrere, & non posse uti ordine sine dispensatione, cum ad legitimam ætatem pervenerint.

Quæri verò potest, utrum perveniens ad ætatem possit celebrare sine dispensatione, si ante legitimam ætatem celebraverit?

Suppono toties mortaliter peccare, quoties celebrat ante legitimam ætatem, si noverit defectum ætatis, & noverit eum ob stare, quod minus etiam sacerdos factus possit celebrare.

Dico tamen, si in ipsâ ordinatione ignoraverit defectum, vel etiam legis dispositionem, non contrahere irregularitatem per huiusmodi celebrationem, licet ignorantia sit culpabilis, modo non sit affectata, & proinde accedente ætate non indigere dispensatione, ut possit celebrare; quod etiam tenet Zerola verbo *dimissio* a. §. ad 4.

Quæri potest 2. utrum, qui suscepit ordines cognoscens defectum ætatis, & censuram, possit sine dispensatione exercere functiones ordinis suscepti, cum ad sufficientem ætatem pervenerit, si ante ætatem bonâ fide usus fuerit ordine recepto, putans post peccatum per penitentiam condonatum sibi licuisse eo uti? Nauar. suprà, videtur affirmare: sed videtur distinguendum, vel enim antea est absolutus à censurâ, quam eo casu incurrit, & tunc potest sine novâ dispensatione celebrare cum ad ætatem pervenerit, cum celebrando bonâ fide nec peccaverit, nec vllum impedimentum incurrit.

Vel non est absolutus, quo casu non potest celebrare accedente ætate, nisi prius absolvaatur à suspensione, quam incurrit in susceptione ordinis, quamvis non indigeat dispensatione irregularitatis, cum eam non incurrit.

Dico 2. requiritur etiam probitas vitæ, & morum, quod ipsa ratio dictat, scilicet non esse ad ordines promouendos, de quorum probis moribus non constet, quod etiam colligi potest ex Apostolo 1. ad Timotheum 5. *Manus eius nemini imponi non sinitis*. Testimonium vitæ & morum regularibus dari solet à superiore regulari, & hoc sufficit, ut indicat Congregatio in cap. 5. de reformatione sess. 23. quoad alios servandum, quod eo cap. præscribitur.

Advertendum, quod quisquis ordinatur ab alieno Episcopo, etiam prætextu privilegij, vel specialis rescripti sine testimonio Ordinarij, quo eius probitas commendatur, suspenditur ab executione ordinum ita susceptorum, quamdiu proprio Ordinario videbitur, ut Trident. sess. 23. cap. 8. de reformatione. ordinans suspenditur per annum à collatione ordinum, scilicet omnium.

Dico 3. requiritur etiam scientia conveniens, de qua videri potest Pontificale Romanum, & Trident. sess. 23. cap. 11. 12. 13. & 14. quamvis autem aliqui existiment examen scientiæ quoad religiosos pertinere ad Prælatos eorum regulares, si

sint exempti: verius tamen est instituendum ab Episcopo, quia nullo capite id eis conceditur, sed cap. 12. reservatur Episcopo, qui eo loco distinguitur ab aliis Prælati etiam habentibus in suos Episcopalem iurisdictionem, cum agatur de Episcopo ordinante, & valente sacros ordines conferre, quod aliis non competit. unde nisi religiosi hac in parte habeant privilegium, possunt ab Episcopo de capacitate doctrinæ examinari.

Circa quæ adverte Episcopum solere interdiciere sub pœnâ anathematis, ne quis se ingerat susceptioni ordinis, nisi sit ad hoc canonicè examinatus, admissus, approbatus, descriptus, & nominatus. quæ excommunicatio etiam comprehendit extraneos alijs Episcopo non subiectos, qui in hoc actu subiiciuntur. quod potest aliquo modo confirmari ex cap. *præterea*, de officio delegati. citato.

Quod si Episcopus dicat: non intendo, vel nolo ordinare excommunicatos, irregulares &c. intelligitur, si aliquem talem esse cognoscat. unde propter huiusmodi clausulam non debet aliquis se existimare non ordinatum, si fortè erat excommunicatus &c. ignotus tamen vel occultus: quia non obstante tali protestatione Episcopus verè intendit ordines conferre examinatis, admissis, nominatis, de quorum defectu nullam habet notitiam.

D V B I V M X V I I I.

De titulo necessario recipienti sacros ordines.

Q V I A indecens est, & indignum statu Ecclesiastico ministrum Ecclesiæ mendicare, aut cum ignominia eiusdem status ad vilia quadam officia se abicere ad victum comparandum: Ecclesia ab antiquo constituit, ut nullus ordinetur, qui non habeat aliquo modo necessaria ad sustentationem: itaque nemo secularis potest initiari sacris ordinibus sine titulo, ut patet can. *sanctorum*, distinct. 70. qui est Vrbani 2. porro titulus eo can. necessarius est beneficium, quamvis postea concessum sit, ut quis titulo patrimonij possit ordinari, sub quo comprehenditur pensio, donatio, & qualibet dispositio alteri facta, ratione cuius possit aliquid sufficiens sustentationi recipere, cap. *tuis*, de præbendis. quamvis ex quotidiana praxi Episcoporum non requiratur, ut beneficium, vel patrimonium omnino sufficiat ad sustentationem, sed ut saltem honestam aliquam sustentationis partem præstare possit. ubi

Notandum 1. non sufficere beneficium litigiosum, nec vicariam temporalem, vel manuale beneficium, quod ad nutum alterius possit auferri, quia hæc non præstant pensionem certam sustentationi congruam.

Notandum 2. beneficium, ratione cuius aliquis sacris ordinibus est initiatus, vel etiam patrimonium, non posse alienari sine consensu Episcopi, ut varij Doctores in cap. *tuis*, citatum. Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo de rescripto in formâ communi num. 25. Azor 2. parte moralium lib. 3. cap. 4. quæst. 3. Similiter pensionem vel aliam donationem factam, ad cuius titulum aliquis ordinatur, non posse sine eiusdem Episcopi consensu extingui, vel remitti.

Cap. præterea,

Episcopus intendit conferre ordines examinatis, admissis, nominatis, de quorum defectu nullam habet notitiam

172.

Can. sanctorum.

Cap. Tuis.

173.

Ad titulum quæ non sufficiant.

Rebuff.

Azor.

174.

Notandum 3. ordinatum sine titulo inficio Episcopo, cuius est certior fieri de titulo, eo ipso esse suspensum ab ordinis executione, can. *sanctorum*, citato. ubi ordinatio sine titulo facta dicitur irrita, id est non præbens executionem ordinis suscepti. Dixi, *inficio Episcopo*, quia si quis ordinetur ab Episcopo sciente eum nullum habere titulum, non incurrit hanc censuram, ut patet cap. *Cum secundum Apostolum*, de præbendis, in quo Innocent. 3. prædicto casu relaxat rigorem antiquorum canonum, imposito onere ordinanti, pro quo

Cap. cum secundum Apostolum.

Notandum 4. Episcopum ordinantem aliquem sine titulo teneri eidem tamdiu necessaria subministrare, donec ei de beneficio provideat, cap. *Cum Episcopus*, titulo citato (vel nisi aliunde recipiat sustentationi necessaria) ubi Alexander 3. id constituit de promotio ad diaconatum, vel sacerdotium, quod Innocent. 3. cap. *Cum secundum Apostolum*, citato, etiam statuit de promotio ad subdiaconatum. id verò intelligitur, nisi Episcopo obtrusus sit fictus titulus pro vero, ita ut Episcopus bonâ fide existimaucrit ordinandum habere sufficientem titulum.

Cap. cum Episcopus.

Ad hanc sustentationem obligatur etiam Episcopus, qui suo subdito tribuit licentiam, ut possit ab alieno Episcopo sacros ordines suscipere, cap. *si Episcopus* eodem titulo, in 6.

Cap. si Episcopus.

Quod si tantum in genere committat alteri Episcopo, ut suo loco in sua diocesi ordines conferat nullis expressis personis, Episcopus ordinans alterius subditum sine titulo tenetur ei de sustentatione providere, non verò is, qui commisit ordinationem, ut cap. *si Episcopus* citato.

175.

Ex his patet graue esse peccatum ficto titulo ordinari, ut ficto patrimonio, donatione, pensione, beneficio; immò ideo iure incurri suspensionem can. *sanctorum*, citato. & cap. *Cum secundum Apostolum*, citato. ubi Innocent. relinquit antiquos canones in suo vigore, excepto casu, quo ordinans est confusus defectus tituli.

Morus Sixti s. sanctum & salutare.

Idem dicendum de eo, qui finxit titulum sufficientem, cum iuxta morem regionis sufficientem non habeat. hic enim non potest dici ad sensum canonum habere titulum, & proinde penam per canones impositam incurrit, quod confir. ex motu proprio Sixti 5. *sanctum & salutare*, ubi distinctius exponitur, quod suspendantur omnes, qui sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonii ordinantur.

Hæc tamen negant Henriquez lib. 13. cap. 37. num. 2. Tolet. lib. 1. cap. 48. suspensione 18. & varij quos citat & sequitur Garcias tract. de beneficiis parte 2. cap. 5. num. 24. censentes cap. *cum secundum Apostolum* derogari iuri antiquo canone *sanctorum*, constitutionem autem Sixti 5. eâ in parte reuocatam esse.

Suspenditur etiam is, qui promittit se nihil unquam petiturum, seu ius præstaturum ratione talis donationis, &c. quia quando hæc præcedunt ordinationem aliquis non potest verè dici habere titulum; non tamen incurritur suspensio, si renuntietur titulo post ordinationem, siue renuntiatio sit valida, siue non.

176.

Dicta non solum habent locum in susceptione primi ordinis, sed etiam in sequentibus; ita ut si quis suspensus sit ex eo quod receperit subdiaconatum sine titulo, rursus suspendatur, si absque titulo fiat diaconus, &c. quod etiam verum est, quamvis esset absolutus à priori suspensione: quia canones non solum in primâ ordinatione im-

nunt suspensionem, sed in singulis, ut patet can. *sanctorum*, citato, & clarius cap. *Episcopus*, de præbendis citato.

Cap. Episcopus.

Peculiariter etiam suspenditur cap. penultimo de simonia is qui ordinatur promittens, vel iurans ordinanti, aut præsentanti ad ordinem, quod sustentationem ab eo non postulat &c. & suspensio sedî Apostolicæ referuatur. ordinans suspenditur ab ordinum collatione per triennium, præsentator verò ab executione etiam per triennium, quorum suspensiones sunt ab omnibus ordinibus ordinatus verò suspenditur ab ordine suscepto. Cap. *per tuas*, 1. eodem titulo, is qui præsentatori eandem promissionem fecerit, suspenditur ab ordine suscepto, & veratur ad altiorum ascendere.

Cap. per tuas.

Et hæc antiquis iuribus statuta locum habent etiam ubi Trident. non est receptum.

177.

Trident. autem sess. 21. cap. 2. de reformatione statuit 1. ne quis clericus secularis quamvis alias idoneus moribus, scientiâ, & ætate ad sacros ordines promoueat, nisi prius legitime constet eum pacifice possidere beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat.

Decretum Tridentinum.

2. Quod illud beneficium non possit resignare, nisi factâ mentione, quod ad illius titulum sit promotus, neque admittatur resignatio, nisi constet quod aliunde commodè viuere possit, & aliter facta resignatio nulla sit.

Secundum.

3. Non ordinentur ad titulum patrimonij, vel pensionis, nisi quos Episcopus iudicauerit assumptos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, & per spectro quod illa verè obtineant &c.

Tertium.

4. Quod deinceps sine licentiâ Episcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde viuere possint.

Quartum.

5. Innouat penas antiquorum canonum, circa quod decretum.

Quintum.

Notandum 1. non prohiberi Episcopum quod minus propter penuriam sacerdotum possit aliquem sine titulo ordinare, modò spondeat se ministraturum necessaria ordinando, ut Congregatio in cap. 2. citatum.

Notandum 2. resignationem beneficii non factâ mentione, quod quis ad illius titulum sit promotus, esse inualidam.

178.

Dubitari verò potest, an similiter sit inualida remissio patrimonij &c. Suarez tomo 5. disp. 31. sect. 1. num. 38. negat, quod colligit ex diuerso modo loquendi Concilij de resignatione beneficii, & de renuntiatione patrimonij. verius tamen est esse irritam, ut Garcias parte 2. citata cap. 6. num. 178. & 179. ubi plures citat, quia per particulam, nullatenus possint, videtur adempta potestas validè alienandi.

Sextum.

Si quis tamen obtineat beneficium, vel aliunde possit viuere, potest validè alienare titulum sine veniâ Episcopi, ut colligi potest ex Concilio.

Septimum.

Sed quaeritur, num finitè alienatio sit nulla secundum ius antiquum?

Resp. verius esse, quod non, ut Glossa finalis Resolutionis in cap. *tuus*, citatum, & tenent varij, itaque licet grauitè peccet qui sine licentiâ Episcopi resignat beneficium, vel renuntiat patrimonio, &c. ad cuius titulum est promotus; tamen ubi Trident. non est receptum, alienatio subsistit, & eo casu Episcopus non tenetur eum alere, sicut nec tenetur alere priuatum beneficium, vel patrimonium, vel iure, vel per iustam sententiam.

180.

Notandum.

Notandum 3. ordinatum sine titulo incurrere suspensionem antiquo iure latam, quia pœnæ antiquorum canonum renouantur: quamvis Garcias cap. 5. citato num. 27. cum variis contrarium teneat, etiam ubi Trident. est receptum.

Porro ordinatur sine titulo sufficienti, qui tantum debet dare ad illum comparandum, ut residuum non sufficiat ad sustentationem; item is, qui in contractu, quo datur illi titulus, se obligat ad illud restituendum, ut docent varij.

DVBIVM XIX.

De effectu huius Sacramenti, qui est gratia & character.

EX generali doctrinâ de Sacramentis constat Sacramentum ordinis conferre gratiam sanctificantem ex opere operato dignè accedentibus, quod est de fide: patet ex Florent. decreto de Sacramentis: item ex Trident. sess. 7. can. 6. de Sacramentis in genere, & can. 4. sess. 23. videri possunt dicta dubio 1. ad probandum ordinis Sacramentum.

Aduerte 1. verisimile esse hanc gratiam ceteris paribus esse longè perfectiorem, quàm sit ea, quæ confertur per alia Sacramenta; quia, exceptâ Eucharistiâ, Sacramentum ordinis ex sua ratione longè prestantius est, quàm vllum aliud Sacramentum. cum ergo repeti non possit, conuenit, ut longè ampliorem gratiam conferat, quàm alia. confert etiam maiorem, quàm Eucharistiâ, ut ostendimus in materiâ de Sacramentis in genere. consequentia probatur, in Sacramentis quæ repeti nequeunt, gratia non datur per partes, ut ita dicam, sed tota, quæ iuxta dispositionem suscipientis dari potest, quod autem dignus est Sacramentum, videtur maiorem gratiam postulare. Præterea per Sacramentum ordinis homo euehitur ad statum maximè sublimem, & destinatur ad functiones maximè sublimes, ergo Deus, qui non magis deficit in supernaturalibus, quàm in naturalibus, per Sacramentum ordinis confert gratiam sanctificantem, per quam homo conuenienter aptetur ad illas functiones, ergo confert maiorem, quàm per quoduis aliud Sacramentum. & quidem supposito illo principio, quod Sacramenta diuersæ speciei conferant inæqualem gratiam positâ consimili dispositione suscipientis, id videtur certum de sacerdotio comparatione aliorum Sacramentorum, exceptâ Eucharistiâ, idem omnino verius est de ordine Episcopali, in quo rationes factæ locum habent.

Confir. hæc ordinatio fit manuum impositione, per quam confertur conferri abundantia gratiæ. in eâ etiam peculiariter dicitur dari Spiritus sanctus per quem in scripturâ eadem gratiæ abundantia designatur.

Idem etiam verius est de ordine Diaconi, in quo rationes allatæ locum habere possunt.

In aliis res est magis dubia, præsertim in minoribus ordinibus, etiam positò quod sint Sacramenta, quamquam quod dictum est, de omnibus sit probabile.

Aduerte 2. præter hanc gratiam sanctificantem Dominum Deum ratione ordinis concedere suis temporibus varias gratias præuenientes, seu auxilia, quibus ministri Ecclesiæ Sacramenta sanctè possint ministrare.

Per hoc Sacramentum imprimitur etiam character, quod similiter est de fide, ex Florent. suprâ, & Trident. sess. 7. can. 9. de Sacramentis in genere, & can. 4. sess. 23. ex quo fit, ut sacerdos legitime ordinatus nequeat rursus fieri laicus, ut Trident. cap. 4. sess. 23.

Aduerte characterem ordinis necessariò supponere characterem baptismi, ut patet cap. 1. & ult. de presbytero non baptizato: character tamen confirmationis non supponitur necessitate Sacramenti, sed solum ex quadam decentiâ: nam ut varij, si quis ordinetur ante confirmationem receptam, non videtur mortaliter peccare, secluso scandalo, vel contemptu.

Character etiam sacerdotalis non supponit inferiores necessitate Sacramenti, ut patet ex cap. vnico de clerico per saltum promotò, quod etiam est intelligendum de characterè Diaconi respectu inferiorum, & ita de aliis; & quia character superior eminenter continet inferiorem, sacerdos non Diaconus &c. quantum est ex parte ordinis, validè potest exercere functiones ordinis inferioris non recepti.

Dico, *validè*, quia ordinatus per saltum, id est, qui prætermisso ordine inferiore recipit superiorem, neutrius functionem in eo statu licitè potest exercere. non prætermisso, quia non accepit expectatam eius functionem, cum illo ordine careat: non etiam recepti, quia ut patet ex cap. vnico citato, non potest functiones huius exercere, nisi ordine inferiore recepto, quem ordinem non posse absque dispensatione Episcopi recipere tenet Suarez tomo 5. in 3. partem disp. 31. num. 46. similiter Nauar. cap. 27. num. 242. sed id videtur minùs probabile, cum cap. citato dicatur: *Mandamus, quatenus condignam penitentiam pro huiusmodi negligentia in iungas eidem, quâ peractâ ipsum in Diaconum ordinari procures*, quibus verbis nullo modo insinuat opus esse dispensatione. quare nisi ratione ordinationis per saltum incurratur suspensio, (quod ex verbis citatis nondum habetur) ex prædictis non sufficienter colligitur aliquem indigere dispensatione, ut ordinem prætermisum possit recipere.

Controuertitur verò num propter huiusmodi ordinationem per saltum incurratur ipso iure suspensio: Varij negant: Affirmant alij. Nauar. cap. 25. num. 7. & cap. 27. num. 242. Sotus dist. 25. quæst. 1. art. 3. Suarez lect. citata num. 45. & sequentibus & communius Doctores.

Resp. 1. spectato iure antiquo non ita clarè constat: citari enim solent cap. vnicum citatum, & can. *solicitudo*, dist. 52. Porro illo can. Alexander 2. consultus de eo, qui prætermisso ordine subdiaconatus ad diaconatum, & presbyterium fuerat promotus, ita respondet: *Nos consulendo charitati tuæ mandamus, ut ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi ritè imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas*. quibus verbis mandatur Episcopo, ut prohibeat eum ministrare in ordine suscepto, donec inferiorem prætermisum suscipiat. 2. ut ordine recepto concedat redire &c. quod non sufficienter declarat censuram incursum: ad hoc enim, ut indigeat cōcessione, sufficit, quod simplex prohibitio præcesserit: idem dici potest in cap. vnicum citatum, ubi dicitur, *& sic de misericordiâ eundem ministrare permittas in ordine sacerdotis*: nam optimè potest intelligi necessaria permissio, si præcedat simplex prohibitio sine censurâ.

Resp. tamen 2. post Concil. Trident. longè certius

181.

Character confirmationis ex decentiâ præsupponitur characteri ordinis.

182.

Character superior eminenter continet inferiorem.

SHARPS & NAUARRI opinio non probatur.

183.

Controuertitur.

SHARPS NAUARRI SOT.

184.

Resp. 1. Auctoris. Can. *solicitudo*.

185.

Resp. 2.

tius est promotum per saltum incurrere suspensionem ipso iure, quia sess. 23. cap. 14. de reformatione Concilium dicit: *Cum promotus per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitimâ causâ possit dispensare.* quibus verbis supponit promotum per saltum incurrere suspensionem vel irregularitatem, & satis indicat illo cap. vnico citato, imponi suspensionem, quamvis, ut dixi, antea non ita clarè constaret. incurritur verò etiam à promotu per saltum ad minorem ordinem, ut Congregatio in capitulum cit.

Coroll.

Vnde infero 1. non tantum, ubi Concilium receptum est, hanc suspensionem incurrere, sed etiam ubi non est receptum, quia Trident. non tam condit novum ius, quam antiquum obscurius nobis declarat.

Infero 2. Episcopum non posse dispensare, ut quis ministret in ordine suscepto, si ministraverit, antequam reciperet ordinem prætermisum: cum enim cap. solum concedat Episcopo potestatem dispensandi, quo casu alter non ministraverit, censetur ei denegata potestas, quando ordinatus ministravit (excipio casum quo crimen est occultum, de quo sess. 24. cap. 6.) decretum tamen Trident. hac in parte novum est, & ita Episcopus solum restringitur, ubi Concilium est receptum. Novum etiam ius continet, quod dicta suspensio incurratur in promotis per saltum omnis minoribus ordinibus, vel primâ tonsurâ, de quibus Congregatio in illum locum.

186.

Petitio.

Petes, an ordinatus per saltum non possit inferiorem ordinem prætermisum recipere sine dispensatione Episcopi.

Resp.

Resp. videri posse: quamvis enim suspensio ab ordine propter indecentiam impediatur ascensum ad superiorem, non tamen impedit receptionem inferioris prætermisum, nec ex vilo capite id potest ostendi, immò ex canone, *solicitudo*, citato contrarium videtur colligi.

187.

Difficultas.

Difficultas est, num per Sacramentum ordinis ita imprimatur character, ut in singulis ordinationibus novus imprimatur?

Auctorum communis sensus.

Auctores partim supponunt, partim indicant in sacerdotio novum characterem imprimi ab aliis distinctum, & ita de aliis ordinibus, cum passim tradant insignitum ordine superiore posse ea, quæ sunt inferioris, eò quod illius character eminenter contineat inferiorem, quod dici non posset, si in superiore ordinatione non imprimeretur novus character.

Confir. etiam ex eo quod ordo superior validè conferatur sine inferiore, quo casu imprimit characterem: ergo etiam imprimet, quando præiacet inferior, & ita plures ordines, diversos imprimunt characteres, quod in specie docet Scotus dist. 24. quæst. vnica §. *ad argumenta ad 2.* ubi censet esse diversæ speciei quod est probabile, cum per illos ordinemur ad functiones diversæ rationis.

Scoti responsio probabilis iudicatur.

188.

Difficultas maior.

Maior est difficultas de secundâ ordinatione sacerdotis, in quâ variis satis confusè loquuntur: censent enim characterem præiacentem extendi; non explicantes, an extendatur per additionem novæ entitatis, an verò vna, eademque entitas solum extendatur in ratione signi.

Quidam posterius volunt, quod scilicet per secundam ordinationem sacerdotis, quam etiam docent esse Sacramentum partiale, item per consecrationem Episcopalem, non imprimatur vllus novus character, seu nova entitas superaddatur, sed quod præiacens character sacerdotalis incipiat

esse signum novæ potestatis, & quod per vnum, & eundem cum respectu ad posteriores consecrationes homo deputetur ad functiones, quas antea exercere non poterat.

Probabilius tamen videtur etiam in illis ordinationibus novum characterem, seu novam entitatem imprimi.

Probat, id non repugnat, & videtur conformius institutioni characteris: quemadmodum enim Deus in aliis ordinationibus hominem deputat ad certam functionem per impressionem alicuius entitatis indelebilis, quæ sit signum potestatis acceptæ in consecratione, ita videtur conformius, ut aliquid reale novum imprimat, quod sit signum, & per quod homo deputetur ad novas functiones, cum non appareat ratio diversitatis, nam quod alij characteres non necessariò se mutuo supponant, hi verò supponant, non sufficit, ut dicamus illos distingui, hos non item.

Confir. quando Concilia definiunt ordinem imprimere characterem, non solum videntur id in confuso docere, sed quod per singulos ordines, qui sint Sacramenta, aliquid imprimatur characterem autem imprimi non solum designat aliquid præiacens acquirere novum respectum, & fortit novam rationem signi, sed animæ tribui aliquid reale indelebile.

DVBIVM XX.

Utrum initiati sacris ordinibus antequam matrimonium inean, teneantur continentiam servare?

Dico, sacris ordinibus, quia constat eos, qui solum minores susceperunt, vel primam tonsuram, non teneri ex eo capite continentiam servare, posseque non tantum validè, sed etiam licitè matrimonium inire, hoc præmissis.

Dico, omnes sacris ordinibus initiati antequam matrimonium inirent, tenentur servare continentiam.

Probat ex can. 25. Apostolorum: *Ex ijs, qui caelibes in clerum pervenerunt, inhibemus, ut velint tantum & cantores (si velint) nuptias contrahant.* ex Synodo Romanâ sub Sylvest. Actione 1. can. 8. Nullum autem Diaconorum ad nuptias transire precipimus, ne aliquam prævaricationem sumpsit, quod amplius ex dicendis probabitur: hæc verò etiam intelliguntur de ijs, qui mortuâ vxore eosdem ordines suscipiunt, qui etiam ex peculiari lege continentie prohibentur alia matrimonia contrahere.

Petitur 1. num initiati sacris ordinibus ita prohibeantur, matrimonium contrahere, ut si tentent, sit irritum?

Resp. esse: ita statuitur can. vii. lex. 27. quæst. 1. qui est Innocentij 2. in Concil. Romano, cap. 1. de clericis coniugatis, cap. vnico de voto, & voti redemptione, in 6. & in Trident. sess. 24. can. 9. in hæc verba: *Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstantem lege Ecclesiastica, vel voto &c. anathema sit.* Ex quo patet matrimonia clericorum constitutorum in sacris ordinibus iam à multis sæculis esse nulla, & invalida. sed

Petitur

Petit 2. quo iure ea sint prohibita, seu quo iure clerici sacris ordinibus initiati debeant continentiam seruare? Aliqui censent diuino, quorum sententiam exilimat probabilem Azor 1. parte moralium libr. 13. cap. 12. quæst. 1. quamvis alteri adhaereat. Theologi communius id negant cum D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 11. quæ sententia est omnino verior.

Probatur ex Concil. Ancyano cap. 10. ubi dicitur: *Diaconi quicumque (cū ordinantur) si in suā ordinatione protestati sunt dicentes velle se habere uxores, nec posse se continere, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dedit. quicumque sanè tacerunt, & suscepunt manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debent.* ex quo Concilio patet continentiam non esse iure diuino sacro ordini annexam: nam est improbable illud Concilium satis vicinū temporibus Apostolorum, in re adeo graui errasse.

Confirm. nullo Pontificis, vel Concilij decreto talis error in eo Concilio notatus est, qui tamen præteriri non debuisset, utpote Ecclesiæ maximè noxius.

Contrarium sentientes nullo firmo nituntur fundamento, cū constet multa à Concilijs decerni etiam sub grauib. penis, quæ non ideo censenda sunt esse iuris diuini: nec similiter sunt iuris diuini omnia ea quæ ab Apostolis sunt constituta, ut constat de lege bigamiae, quam non esse diuinam passim tradunt auctores. quamvis ergo continentia sacerdotum ortum habeat ab Apostolis, non propterea censenda est iuris diuini.

Ex his patet multò minùs diuino iure irritari matrimonia eorum, qui sunt in sacris ordinibus constituti, quod satis confirmat canon 9. citatus Concil. Trid. hoc supposito.

Petit 3. quâ ratione sacer ordo annexam habeat continentiam matrimoniumque dirimat, an solum ratione voti, an etiam eo secluso, ratione statuti Ecclesiastici? Supponendum autem tanquam certum votum saltem implicitum inueniri in susceptione ordinis sacri: quod patet ex Concil. Ancyano citato, ex cap. vnico de voto, & voti redemptione, in 6. & ex Pontificali Romano. itaque omnis adultus qui in ordinis susceptione non protestatur se nolle continere, emittit votum implicitum solemne castitatis, quo etiam matrimonium subsequens irritatur, ut cap. vnico citato in 6. hoc præmissis.

Duplex est hac de re sententia.

Prior censet seposito voto annexam esse obligationem continentiae ordini sacro lege Ecclesiastica, & per illam legem matrimonium dirimi. videri potest Scotus dist. 37. quæst. vnica §. dico igitur. Palud. quæst. 1. art. 2. & alij.

Posterior tenet hanc obligationem habentem vim dirimendi matrimonium oriri ex voto castitatis per Ecclesiæ constitutionem annexo sacris ordinibus, quia scilicet Ecclesia constituit, ut qui sacris ordinibus initiatur, tacitè ipso facto solemne votum emittant, quod ex constitutione Ecclesiæ matrimonium dirimit. tenent varij. Atragon 2. 2. quæst. 88. art. 11. dub. 1. in conclus. post medium. Malderus de iustitia tract. 10. cap. 5. dub. 9. conclus. 5. Lessius libr. 2. de virtutibus cap. 40. dubit. 19. Suarez tomo 1. de religione tract. 1. libr. 3. cap. 3. num. 9. & sequenti. Valquez disp. 248. cap. 2. & disp. 249. cap. 9. & alij.

Probatur ex Concilio Ancyano cap. 10. ubi

dicitur: *Diaconi, qui in ipsâ ordinatione protestati sunt velle se habere uxores, nec posse se continere, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dedit. quicumque sanè tacerunt, & suscepunt manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debent.* quibus verbis docet clericos in sacris constitutos non obligari ad continentiam ex alio capite, quàm ex eo quod tacitè saltem in ordinatione eandem voucant. Probatur ex Gregorio lib. 1. epist. 42. nullum facere diaconum præsumant Episcopi, nisi qui se vitium castitatis promiserint. ubi Gregorius obligationem castitatis viuendi in ordine sacro videtur referre in promissionem saltem tacitam.

Aduerte referre vtro modo dicatur initiatum ordine sacro debere seruare continentiam, & eius matrimonium dirimi. nam si obligetur lege Ecclesiastica, etiam seposito voto, obligatur quantumuis nolit castitatem vouere, & si tentet inire matrimonium, illud erit nullum, si non repugnet voto castitatis, duplici vinculo eam seruare tenebitur, vno ex lege, altero ex voto, quæ vincula cū sint diuersæ rationis, inducent duplex specie peccatum contra religionem, si diaconus &c. peccet contra castitatem. nam obligatio orta ex voto, quæ est obligatio fidelitatis erga Deum, per quam homo tenetur Deo præstare, quod illi promittit, est alterius rationis, quàm sit obligatio orta ex lege Ecclesiæ in reuerentiam status, & intuitu cultus diuini inducentis abstinentiam à veneris. si verò solum obligetur ex voto, exercendo actus venereos vnicum peccatum committit contra religionem, immò religiosus professus sacerdos exercens actus carnales committit peccatum vnius speciei contra religionem, & probabiliter vnum numero peccatum contra votum. videri potest Lessius libr. 4. cap. 3. dubit. 13. num. 87. & simplex sacerdos, secluso voto, nullum committit sacrilegium, ut Suarez supra, & indicat Ancyranum citatum. si enim repugnet voto, non tenebitur castitatem seruare, quod intelligendum, si bonâ fide nolit votum admittere.

Ex dictis sequitur infantem initiatum sacris ordinibus non teneri seruare castitatem, cū ad annos discretionis peruenerit quia non potest obligari vi voti, ut patet. immò quamuis, etiam secluso voto, continentia lege Ecclesiastica esset annexa sacris ordinibus, non teneretur, cū ea lex respunderet adultos, & qui per propriam intentionem ordines susceperunt. unde talis infans accedens ad vsum rationis posset matrimonium sine vllâ dispensatione contrahere.

Dubium est, num teneatur continentiam seruare is, qui sciens votum castitatis annexum receptioni ordinis sacri, ordinatur ante annos pubertatis: negant varij, quos citat, & sequitur Sanchez libr. 7. de matrimonio disp. 30. num. 8. Lessius libr. 2. citato cap. 41. dubit. 7. num. 58. nisi post annos pubertatis ratificet. Idem censet de ordinato ante annum 16. ubi Trid. est receptum. Sed oppositum videtur verius.

Probatur quoad prius, certum est votum castitatis ante annos pubertatis emissum esse validum, hic autem non apparet, ex quo capite sit inuaidum: nam quod professio in religione ante illos annos vim non habeat, oritur ex constitutione Ecclesiæ, qualis nulla est in præsentis casu.

Idem ostenditur quoad posterius, quia Trident. sess. 25. cap. 15. de regularibus solum agit de professione in religione, quàm annullat. Existimò ergo,

Cccc 4 quod

196.

197.

Coroll.

198.

Dubium.

Resolutio
quorundā
negatiua,
Sanchez,
Lessius.199.
Resolutio
auctoris
affirm.
Prob.

quod licet ea sit iuxta causam dispensandi, immo iuxta probabilem sententiam tale votum possit irritari etiam post annos pubertatis ab eis, quorum cura suberat is, qui intra annos pubertatis fuit ordinatus, ipsum tamen votum non sit eo ipso irritum.

200.

Dub. aliud.

Dubium etiam est, an inuincibiliter ignorans votum celibatus implicitum contineri in receptione ordinis sacri, teneatur seruare continentiam, si sciens & prudens sacrum ordinem recipiat? Sanchez libr. citato disp. 27. num. 11. affirmat. Sed contrarium videtur verius. sequitur ex dictis, cum obligatio voti non possit inueniri, nisi verum votum intercedat, illud autem non potest inueniri ubi nullum est voluntarium, voluntarium verò esse non potest respectu eius, quod inuincibiliter ignoratur.

Dices inueniri voluntarium in causa.

Resp. neg. assumptum, quando consequens omnino ignoratur.

Confirm. qui positivè repugnat voto continendi, non obligatur lege continentiae, ut patet ex Ancyrano citato, ergo nec obligatur, qui inuincibiliter ignorat adiunctum ordinationi votum continentiae, cum etiam in posteriori casu inueniatur simpliciter inuoluntarium respectu voti.

201.

Nec obstat, quod lex sit sufficienter promulgata, quia ad obligationem ex voto non sufficit Ecclesiam velle ut continentia annectatur susceptioni ordinis, sed requiritur aliqua notitia voti, quam obligatio voti intrinsecè requirit respectu eius, ad quod votum dicitur se extendere. repugnat enim obligari vi promissionis, & respectu illius esse omnimodam ignorantiam, & perfectum inuoluntarium.

Dices, quamvis talis non teneatur vi voti, ut ratio facta ostendit, potest tamen obligari vi constitutionis Ecclesiasticae, ita Sanchez supra, docens vouentem solum teneri vi voti ex decreto Ecclesiae, saltem tacitè emittendi in susceptione ordinis sacri: eum verò qui non vouit, teneri ex constitutione Ecclesiastica, quantumvis habuerit voluntatem repugnantem.

Sanchez.

Sed hæc dicuntur minùs conformiter ad ea, quæ superius in illa disputatione tradiderat: si enim obligatio seruandi continentiam sit ex voto apposito ex Ecclesiae constitutione, minùs conformiter dicitur eum, qui nullo modo vult, obligari, & sine sufficienti fundamento asseritur vnum obligari ex solo voto, alterum ex constitutione Ecclesiae, scilicet distinctà à voto, ut optimè Vasquez disp. 246. cap. 3. num. 34.

Vasq.

Meliùs Suarez supra dicit, secluso voto nullum inueniri sacrilegium in sacerdote fornicante, indicans matrimonium futurum validum: quemadmodum non videtur irritari matrimonium eius, qui sciens votum annecti susceptioni ordinis sacri positivè repugnat voto, quia verè nullum est emissum, & per consequens matrimonium ex eo capite non irritatur, neque etiam irritatur lege Ecclesiastica, secluso voto.

Suar.

Hæc confirmari possunt contra Sanchez ex epist. 42. Gregorij, ubi decernit subdiaconos Siciliæ antè ordinatos non teneri seruare continentiam, quod videlicet nescirent illam annexam, scilicet per votum, ordini subdiaconatus.

202.

Dubium 3.

Dubitari tertio potest, num recipiens ordinem ex metu cadente in constantem virum, teneatur seruare continentiam?

Quæstio verò est de metu orto ab extrinseco:

si enim oriatur ab intrinseco ex naturali hominis complexione, vel propter morbum, non tollit obligationem, intelligitur etiam quando metus incutitur, ut alter moueatur ad ordinem suscipiendum: si enim incutitur ex alia causa, votum vim suam retinet.

In præsentī difficultate præter eos, qui vniuersim censent vota graui metu facta, seu metu cadente in constantem virum esse nulla iure naturæ: Aliqui censent tale votum iure positivum esse irritum, & proinde initium sacris ordinibus ex tali metu non obligari ad continentiam. Sanchez disp. 29. num. 5. ubi plurimos citat & libr. 4. in decalogum cap. 4. num. 12. Lessius cap. 40. dubit. 3. num. 18. & alij.

Alij censent tale votum valere, & proinde ordinatum teneri seruare castitatem, & si matrimonium ineat, futurum inualidum. Vasquez num. citato, Suarez libr. 1. de voto cap. 8. quatenus censent solam solemnem professionem in religione ex graui metu emissam esse nullam.

Hæc sententia est probabilior, cum verius videatur metum etiam grauem iure naturæ vota non irritare, nullibi autem habeatur, quod iure positivum vniuersim irritet: nam quæcumque in contrarium adferri possunt, solum ostendunt professionem in religione emissam ex metu graui reddi irritam, ex quo non ducitur solidum ad alia vota argumentum.

Aduerte 1. iuxta hanc sententiam metum præsertim iniuste in eum finem incussum præbere iustissimam causam ad dispensandum cum ita ordinato, & respiciè faciliè dispensatur cum tali non liberè ratificante votum.

Aduerte 2. quempiam se conformantem alijs sententijs, quæ sunt probabiles, posse, secluso scandalo, matrimonium inire: immò Sanchez disp. 29. citata num. 8. id censet probabile, licet metus non sit cadens in constantem virum, quamvis oppositum censet probabilius.

Et num. 7. censet hunc nolentem uti ordine non obligari ad lectionem horarum canonicarum, quod etiam sentit Sa verbo ordo num. 24. quod longè potiori ratione dicendum, de eo, qui ante usum rationis est ordinatus, qui non debet subire onera ex solâ Ecclesiae constitutione annexa.

Similiter iuxta Sanchez disp. 30. num. 12. & Lessium cap. 41. dubit. 7. num. 58. liberatur à lectione horarum ordinatus ante annos pubertatis, & ubi Trid. receptum est, ordinatus ante annum 16. completum.

Aduerte 3. ad hoc, ut is, qui iuxta probabiles sententias non tenetur castitatem seruare in varijs casibus, obligetur ad eam per ratificationem, requiri 1. ut liberè ratificet. 2. ut sciat se antea non fuisse obligatum: unde qui vult seruare continentiam ex vi prioris actus, seu quia existimauit se per ordinationem susceptam in infanti etate obligari, verè non obligatur, neque censetur sufficienter obligari ex tali voluntate, quia ea fundatur in errore, & homo per illam non vult de nouo se obligare. 3. requiritur, ut aduertat quid agat.

Sanchez censet sufficere, ut quis vtatur ordine sacro sciens se non teneri illo uti.

Probabilius tamen est requiri, ut etiam cognoscat se antea voto non obligatum, & non possit licetè obiri huiusmodi functiones ab eo, qui non vult castitatem seruare, sequè ad illam obligare: alioquin illud onus, quod propriâ voluntate assumi debet, non poterit censi voluntariè assumi. hæc

ergo

ergo noticia in foro conscientia requiritur, licet ex ipso libero ordinis exercitio in foro exteriori praesumetur velle amplecti onus ordini annexum.

Contra id quod dictum est obligationem castitatis oriri ex voto, objicitur i. can. 8. Synodi Romanæ sub Sylvest. vbi dicitur: Nullum autem subdilectum ad nuptias transire precipimus. vbi nullâ factâ voti mentione prohibetur lege Ecclesiasticâ constituto in sacris, ne matrimonium inëat. idem prohibetur presbyteris in Concil. Neocæsariensi cap. 1.

Resp. hinc non haberi clericis in sacris consti-
tutis prohiberi alia lege matrimonium inire, quam
ea, quæ votum continentia ijs ordinibus annexa
sunt, quia hæc Concilia videntur respicere ad ca-
put 10. Concilij Ancyran, quo indicabatur quod
Episcopo licentiam dante, scilicet ipso facto, seu
ordinante profitemem nolle servare continen-
tiam, ordinatus posset matrimonium contrahere,
et nihilominus manere in ministerio, quam pote-
statem, et abusum, qui occasione illius videbatur
irrepsisse, Patres dictorum Conciliorum reuoca-
runt, prohibentes ne quis promoueretur ad sub-
diaconatum, recusans servare continentiam, eam-
que profiteri. De hac lege commodè possunt in-
telligi tum hæc Concilia, tum Patres, quialiquid
simile videntur indicare.

Obijciunt 2. Trident. can. 9. citato dicit anathema asserenti clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica vel voto.

Resp. Cogit. solùm velle quod matrimonium
reipsa sit irritum, siue id oriatur ex peculiari legē
etiam seposito voto, siue ex voto, cū non igno-
ratur diuersas esse Doctorum sententias de princi-
pio, ex quo matrimonium clericorum constituto-
rum in sacris irritaretur. vnde illud, *lege Ecclesiasti-
cā, vel voto*, non est necessariū referendū ad di-
uersos secundū diuersa membra, vt matrimo-
nium regularium sit irritum ex voto, secularium
verò ex lege Ecclesiasticā, sed per modum disuncti
ad faculares referri potest, quasi dicat: etiam sacris
ordinibus initiati lege Ecclesiasticā, vel voto obli-
gantur ad castitatem.

D V B I V M XXI.

*Utrum ij qui matrimonio inito sacros or-
dines recipiunt, teneantur seruare
caſtitaem?*

R E s p. affirmatiue; patet ex Concil. Carthag.
2. can. 2. vbi dicitur: Ita placuit, & conceder
sacrosanctos Antistites & Dei sacerdotes, necnon & Leu-
tias, vel qui Sacramenta diuina inferunt, continere
esse in omnibus, quod possint simpliciter, quod a Deo post-
ulant, impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsi ser-
uauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab utroque
Episcopis dictum est: Omnibus placet ut Episcopi, presby-
teri, diaconi, & qui Sacramenta contrectant, pudici ac
castos etiam ab uxoris se abstinant. Ex epist. 4.
Sircii Pape, que ponitur in Concil. Teleni cap. 8.
Ex Epiphania heresi 59. dicente: Non suscipi
sancta Dei predicatione post Christi aduentum eos, qui a
nuptijs mortui ipsorum uxore secundis nuptijs communi-
sum propter excellentem sacerdotij honorem ac dignita-
tem, & hac erro Dei Ecclesiam cum sinceritate obserua-

sed & adhuc viventem & liberos gignentem unus uxori-
rum virum non suscipit, sed eum qui se ab una uxore con-
tinuit, aut in viduitate vixit diaconum, presbyterum, &
Episcopum, & hypodiaconum, maxime ubi sinceri sunt
canones Ecclesiastici.

Ex quibus, & alijs patet hanc legem continen-
tie etiam eorum, qui post matrimonium contra-
ctum sacris ordinibus initiatur, esse antiquissi-
mam, & ab Apostolis introductam. Et quidem in
Ecclesiâ Latina ita obseruatur, vt etiam ij, qui
matrimonio iuncti ordines, sacros suscipiunt, le-
gitimis vxoribus nunquam vi possint, idque sen-
tenter fuit custoditum quoad Episcopos, presbyte-
ros, diaconos, exceptâ forè aliquâ prouinciâ, in
quâ id aliquando fuit interruptum, si verum est
quod aliqui referunt auctores.

In Ecclesia verò Græcia aliqua varietas inuenitur: nam hæc Ecclesia initio videtur omnimodam continentiam feruasse iuxta præceptum Apostolicum, ita vt scilicet ordinati post matrimonium contractum, non vterentur legitimis vxoribus: postea verò lex quoad eos abrogata fuit, quod videtur contigisse ante Concil. Nicænum, quia cùm in eo Concilio ageretur de imponendâ lege continentie suscepcuris sacros ordines, restitit Paphnutius, cuius sententia Patres Concilij acquieuerunt, quam historiam propugnat Vasquez disp. 247. cap. 4. idem patet ex Concil. Gangrensi cap.

4. & refertur diff. 28. can. Si quis discernit, ubi dicitur: Si quis discernit presbyterum coniugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinere, anathema sit. postmodum tamen eadem lex rursus inualuit, ut patet ex his, quæ tradit Epiphanius supra, & Hieron. contra Vigilantium. ita scribens: Quis facient orientis Ecclesia? quid Ægypti, & sedis Apostolica, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentis autem uxores habuerint mariti esse de sistunt? id est actui coniugali vacare. Denique iterum ea lex esse abrogata, ut patet ex Can. alter diff. 31. qui est Stephani 3. in Concilio

dotis

dotis Græci, cuius scilicet pater ante ordinationem matrimonium contraxerat, & sacerdos existens eundem in matrimonio susceperat, consultus, inquam, num legitimè in Episcopum eligi posset? Respondit: Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum continentia non admittit, quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus utuntur matrimonio iam contracto, mandamus, quatenus nisi pro eo quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum non obstat, ad confirmationem, & consecrationem eiusdem sine dubitatione procedas. vbi Pontifex Græcorum usum approbat, cum eius responsio nitatur illo tanquam fundamento, nec contineat vllam dispensationem, sed declarem talem, utpote ex legitimo concubitu natum, ex eo capite non habere impedimentum, quod minus in Episcopum possit consecrari.

210.

Coroll. 1.

Ex quibus patet 1. maximam in presenti puncto in Ecclesiâ Græcâ fuisse varietatem, & ex eo quod aliquo tempore apud Græcos est seruatum, non posse quidquam solidè concludi contra morem alterius temporis.

211.

Coroll. 2.

Patet 2. morem, quem etiam nunc seruant sacerdotes Græci, ut scilicet extra tempora, quibus ministerio suo funguntur, uti possint legitimis vxoribus, quas duxerunt ante ordinationem, non esse illicitum. vbi

212.

Coroll. 3.

Aduerte Græcos, quibus diebus funguntur suo ministerio, non posse uti vxore, & quoad hoc etiam lege continentia adstringi, alijs verò posse; quod locum non habet in Episcopis, qui dicuntur hoc tempore nunquam vxore uti posse.

Patet 3. præceptum continentia respectu vxoris legitimæ non esse diuinum, alioquin nunquam apud Græcos tantum recepisset diuersitatem etiam tacentibus Romanis Pontificibus, qui Græcorum errores dissimulare non solent, ut patet ex varijs Concilijs.

Porro, ut diximus superiori dubio, obligationem eorum, qui ante matrimonium sacrum ordinem receperunt, esse ex voto: ita dicendum de obligatione continentia respectu eorum, qui post legitimum contractum sacris ordinibus initiuntur, scilicet esse ex voto, omnimodæ quidem continentia apud Latinos, apud Græcos autem pro tempore, quo suo ministerio fungi debent.

Aduerte hac continentia lege non semper fuisse obligatos subdiaconos, cum subdiaconatus ab initio Ecclesiæ non fuerit ordo sacer, ut constat ex Innocentio 3. cap. 2 multis, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum: postmodum inter sacros ordines est habitus, ut patet ex cap. citato, & votum continentia illi annexum est, ut patet ex epist. citata Gregorij 1. videri etiam potest Leo epist. 84. cap. 4.

Cap. 2 multis.

Gregor. Leo.

D V B I V M XXII.

An Ecclesia rectè huiusmodi votum sacris ordinibus annexuerit?

213.

Error VV. clausi, & hæreticorum nostri temporis.

NEGAVIT Wicleff teste Waldensi tomo 2. de Sacramentis cap. 128. & 129. cum aperte docuerit licere post ordinationem vxorem ducere. hunc sequuntur hæretici nostri temporis, quos refert Bellarm. libr. 1. de clericis cap. 19.

immò Magdeburgenses, eodem teste, censent legem de continentia sacerdotum continere hæresim maximè pestiferam omnium, quæ vnquam Christianum regnum perturbauit. Panormitanus etiam hac in parte minus prudenter locutus est in cap. cum olim de clericis coniugatis.

Sed error hæreticorum damnatus est à Concilio Trident. sess. 24. can. 9. dicente anathema asserenti clericos in sacris ordinibus constitutos posse matrimonium contrahere, & contractum validum esse.

Probatur, non deest Ecclesiæ potestas hanc legem condendi, & iustas causas habuit, easque grauissimas ita statuendi, ergo dicendum rectè statuisse. Maiorem suppono extractæ de legibus. Minor verò patet, eò quod deceat ministros altaris puros esse, & abstinere à carnalibus voluptatibus. huc etiam facit, quod sacerdotes veteris legis sese continent ab vxoribus, tam suo ministerio fungerentur in tabernaculo, ut colligitur ex cap. 24. Paralipomenon, & Lucæ 1. ergo Ecclesiæ rectè potuit indicare legem perpetuæ continentia sacerdotibus noui Testamenti, qui semper possunt ministrare, & alijs, qui proximè altari deseruiunt, ut docet Siricius Papa epist. ad Himericum, & alij. idemque tradit Hieron. in cap. 1. ad Titum, qui ex eo quod Achimelech sacerdos noluerit dare Dauidi panes propositionis ad comedendum, nisi prius intellexisset eum ab vxore aliquandiu se continuisse 1. Regum 21. pulchrè deducit perpetuam requiri in sacerdotibus continentiam etiam ab vxoribus, qui corpus Christi, quod in pane propositionis significabatur, conficiunt, edunt, alijsque tradunt. Ambros. libr. 1. de officijs cap. vit. Inoffensum exhibendum, & immaculatum ministerium, nec vllò coniugali coitu violandum cognoscitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam abijcto consortio coniugali, sacri ministerij gratiam receptis. quid ideo non præstiteris, quia in plerisque abditioribus locis cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotum, filios susceperunt. plures antiquos Patres prætereo, ex quibus hæc continentia sacerdotum, & aliorum sacrorum ministrorum probatur. omitto etiam varias congruentias, quibus lex de continentia sacerdotum illustratur.

Ex his enim patet 1. quod iuxta sententiam Patrum continentia deceat statum sacerdotalem, atque adeò, quàm sit rationi consona ea lex, quæ huiusmodi continentia sacerdotibus præcipitur, vel absolute ut Latinis, vel saltem tempore, quo sacris operantur, ut Græcis, qui ante susceptionem sacrorum ordinum matrimonia legitima contraxerunt.

Patet 2. hanc legem continentia non esse à paucis sæculis traditam, cum ex superioribus dubijs constet eam in antiquis Concilijs latam, & illius antiqui Patres meminerint.

Obijcit Caluin. libr. 4. institutionum cap. 12. Obijcit 23. quod Deus matrimonium reliquerit liberum.

Resp. nobis varia posse per Ecclesiam vel ciuilem magistratum præcipi, ad quæ natura, vel diuino iure non obligamur.

Contra, Apostolus 1. ad Timotheum 4. dicit: In nouissimis diebus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum &c. prohibitionem nubere.

Resp. Apostolum non velle nuptias non posse certo hominum generi prohiberi, sed errorem esse illas prohibere, & damnare tanquam naturæ suæ

malas,

Hebr. 13. malas, quod non facit Ecclesia, quæ optimè no-
uit illud Apostoli ad Hebræos 13. *Honorable conu-
bium in omnibus, & thorus immaculatus*: quo non ob-
stante potest certo hominum generi illud prohi-
bere, tanquam minus decens illius statum, & auo-
cans animum à sublimioribus functionibus.

Dices, Apostolus dicit: *Honorable conu-
bium in omnibus.*

Resp. non velle ita omnibus esse permittum ut
nulli possit prohiberi, sed velle coniugatis hone-
stum esse seruare thorum immaculatum; fornica-
tores enim & adulteros indicabit Deus, ut ibidem
Apostolus. solum ergo vult condemnare fornica-
tionem, & vsum non suum, & docere vsum propriæ
vxo-
ris intra terminos coniugij esse licitum, & hone-
stum in omnibus, id est apud omnes gentes, Iu-
dæos, Græcos &c. vel in omnibus id est, siue fides
matrimonij spectetur, siue proles &c. non autem
esse honorabile in omnibus, id est omnibus lici-
tum, & honestum illo vti, quantumvis continen-
tiam Deo vouerint, vel lege sint prohibiti.

Obiectio 2. Obijciunt 2. idem Apostolus 1. ad Timotheum
3. *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum.* omittis
varijs huius loci expositionibus:

Resp. Apostolum solum prohibere, ne Episco-
pus eligatur bigamus: locus ergo accipiendus est
negatiue, non positiue; quasi dicat: oportet Episco-
pum non habuisse plures uxores, siue vnā ha-
beret, siue nullam. Certè si quid ex hoc loco con-
tra Catholicos posset concludi, concludendum es-
set non solum Episcopum posse matrimonium
inire, sed necessariò debere, quod nullo modo est
admittendum.

Obiectio 3. Obijciunt 2. idem Apostolus 1. ad Cor. 7. dicit:
*Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem
habet.*

Resp. 1. si quid inde concludatur, non solum
concludi, quod coniugium sacerdotibus nequeat
prohiberi, sed quod vnusquisque teneatur uxorem
ducere, & quod obligetur toties coniungi matri-
monio, quoties superuiuit compati, quod nullus
facile concesserit.

Resp. 2. Apostolum eo loco solum velle,
quod Corinthij coniugati non teneantur uxores
dimittere, ed quod ad fidem sint conuersi, & reli-
gionem Christianam amplectati; cum enim supe-
riori cap. illos esset adhortatus ad castitatem, po-
tuisse alicui videri prestare Christianis & ad fidem
conuersis uxores dimittere, & castitatem seruare:
ad quod responderet vnumquemque aliunde non
impeditum posse uxorem retinere, & uxorem pos-
se viro adhærere, & actui coniugali vacare. licet
enim castitas sit excellentius bonum, tamen pro-
pter periculum fornicationis melius esse adhærere
uxori legitimæ, quam illam relinquere, quo loco
totus sermo dirigitur ad coniugatos, qui nullum
habent impedimentum, quod minus possint in con-
iugio remanere, & proinde non potest hinc sumi
argumentum ad improbandam continentiam sacer-
dotum, vel aliorum, qui ad eam sese voto ad-
stinxerunt, qui ita obligantur castitatem seruare,
ut si contra faciant, dici possit illud eiusdem Apo-
stoli 1. ad Timotheum 5. *habentes damnationem, quia
primam fidem irritam fecerunt, id est, fuerunt infideles,
non seruando castitatem Deo promissam.* Aposto-
lum nullo modo velle, ut omnes iungantur matri-
monio, patet ex eodem cap. 7. ad Cor. Dico autem
non nuptis & viduis bonum est illis, si sic maneant, sicut
& ego.

Nec obstat quod adiungit: *Quod si se non conti-*

ment, nubant, melius est enim nubere, quam vni, quia id
intelligit de liberis, seu ijs qui nullo castitatis vo-
to tenentur, nec vllâ lege ratione status obligan-
tur ad continentiam: nam obstrictis voto, vel lege
non est melius nubere, vel uxorem ducere, quam
castitatem seruare.

Dices non omnes habent donum castitatis, cum
idem Apostolus dicat: *Vnusquisque proprium donum
habet ex Deo.*

Resp. posse habere, cum ut Trid. sess. 24. can.
9. Deus rectè petentibus non denegat, nec patitur
nos supra id, quod possumus, tentari: itaque si is,
qui Deo vult castitatem, vel assumpsit statum,
cui obseruantia castitatis est annexa, cum Dei
gratia eidem seruare studeat, quod promissit, & ad
quod obligatur, & orationibus à Deo id impetrare
contendat, continentia donum ab eo obtinebit.

Obijciunt 4. quod Apostoli uxores habuerint, Obiectio 4.
ut patet 1. ad Cor. 9. *Numquid non habemus potesta-
tem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri
Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Et ad Philip. Philipp. 4.
pensæ 4. *Etiā rogo te, germane compar &c.* nam
Græca *ἀδελφὴ* potest verti possunt germana con-
iux.

Resp. quamuis concederetur assumptum (de Resp. 1.
quo variæ sunt, & discrepantes sententiæ) non
posse concludi, quod volunt hæretici, non enim
sequitur: Apostoli non seruauerunt continentiam,
cum scilicet nondum esset indicta, ergo non po-
tuit ab Ecclesiâ indici alijs sacerdotibus. 2. quam-
uis Apostoli habuerint uxores, non potest probari
quod illas carnaliter cognouerint, postquam Chri-
stum sunt secuti, cum ex cap. 19. Matth. potius
colligatur contrarium, nam Petro dicenti: *Ecce
nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo eris
nobis?* Dixit Iesus: *Omnes qui reliquerunt domum vel
fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem,
aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum ac-
cipiunt, & vitam æternam possidebunt.* ex quibus verbis
colligitur Apostolos Christum sequentes reliquis-
se uxores, quas antea duxerant, & à fortiori non
duxisse uxores postquam ad Apostolum assumpti
sunt, sed cœlibem vitam duxisse. quod Confir. de
Apostolo Paulo 1. ad Cor. 7. Dico autem non nuptis, 1. Cor. 7.
& viduis, bonum est illis, si sic maneant, sicut & ego, id
est castitatem seruent, ut patet ex sequentibus: *Quod
si non se continent, nubant.* Apostolus ergo castitatem
seruauit in Apostolatu.

Resp. 2. loca scripturæ allata non probare Apo-
stolos uxores habuisse, quia prior verificatur, licet
mulier circumducta non fuerit vxor: nec hæretici
possunt contrarium probare. & Dico cum com-
muni Patrum sententiâ Apostolum non agere de
vxoribus, quas ducebant Apostoli, sed de pijs fœ-
minis, quæ illos interdum sequebantur, eisque de
suâ substantiâ ministrabant, quod non nihil confir-
mat quod dicitur sororem mulierem, ita ut solum
velit Apostolus; an non mihi licet Euangelium
prædicaturo piam fœminam mecum ducere, quæ
de suâ substantiâ mihi ministret victui necessaria,
sicut faciunt alij Apostoli? Addo licet Apostolus
ageret de vxore, non sufficere inde probari, quod
ij post Apostolatam vacarent actui coniugali, de
quo est controuersia inter Catholicos, & hæreti-
cos, & quod hæretici deberent probare, si in præ-
senti causâ quidquam vellent concludere, cum
aliud sit vxori in eadem domo conuiuere, eamque
in verbi prædicatione circumducere ut procuraret
victui necessaria, aliud verò filios procreare, & ex
priori concessio non sufficienter concludatur po-
sterius.

sterius. quod etiam ad secundum locum responderi posset, ad quem nihilominus.

Dico 1. hæreticos non posse ostendere nostram versionem esse malam, & proinde non posse efficaciter ostendere Apostolum eo loco agere de vxore.

Dico 2. Apostolum ibi non agere de vxore, cum verius sit eum vocatum à Christo, antequam vxorem duceret, factus autem Apostolus castitatem seruauit, vt patet ex cap. 7. i. ad Cor. & proinde cum scriberet ad Philipenses vxorem non habuerit. agit ergo de quodam Philippis degente suo coadiutore in prædicatione Euangelij, quem rogat vt iuuare dignetur illas, quæ cum eo laborauerint in Euangelio. *ἀλλοι* enim significat eum, qui idem iugum trahit, & proinde potest significare socium in quolibet opere, & officio, & non tantum in re maritali, aptiusque sumitur apud Apostolum in masculino, quam in feminino, cum *ἄλλοι* aptius sit masculini generis.

220.

Obiectio 5. Obijciunt 5. quod hæc sacerdotum continentia repugnet decretis multorum Conciliorum.

Resp. 1. non repugnare eo sensu, quem intendunt hæretici: nam Concilia, quæ videntur permittere clericis coniugium, non volunt initiatos sacris ordinibus ante matrimonium posse illud contrahere, vt dub. præcedentibus ostendimus, neque Ecclesia etiam Græca id suis sacerdotibus permisit. vnde hæretici volentes, vt sacerdotes ducant vxores, aperte faciunt contra decreta Conciliorum. Quod si subdiaconis id aliquando licuerit, inde oritur, quod is ordo non statim fuerit inter sacros habitus, vt notauimus. Quod si agant de matrimonio ante ordinem contracto, Dico in Ecclesiâ Latinâ semper obseruatum, vt sacerdotes ab vxoribus legitimis abstinere, Græcos hac in parte varios fuisse, vt diximus. canones ergo, qui videntur repugnare, intelligendi sunt respectu Græcorum, qui ante ordinationem matrimonio iuncti fuerunt, quibus vsus propriæ vxoris extra tempora officij concessus est.

Resp. 2.

Resp. 2. Quamvis in Concilijs hac in parte aliqua esset repugnantia cum eo quod iam seruat Ecclesia, nihil fauere hæreticis, quia in pluribus etiam alijs materijs constat in Ecclesiâ quoddam vnum, modo eius contrarium præceptum, & in vsu fuisse: potuit ergo in præfenti materiâ Ecclesia id præcipere, quod conueniens sibi visum est, licet contrarium aliquando fuisset in vsu.

221.

Obiectio 6. ex Concilio igitur. Obijciunt 6. can. cum igitur, 35. quæst. 1. vbi dicitur: Ecclesia post Apostolica instituta quædam consilia perfectionis addidit, vt pote de continentia ministrorum.

Resp. 1. hæc verba non esse Augustini, sub cuius nomine citantur ab hæreticis, sed Gratiani, quæ in editione factâ ex decreto Gregorij 13. alio caractere ponuntur.

Resp. 2. Gratianum illis verbis non velle continentiam sacerdotum, & aliorum sacerdotum ministrorum solum esse consilij, sed Ecclesiam illam imposuisse, quamvis in Euangelio non extet de eâ dominicum præceptum, & addidisse consilium perfectionis, id est, quod antea solum erat consilij, fecisse præcepti. quod ostenditur, quia Gratianus adfert hoc statutum Ecclesiasticum, vt ostendat coniunctiones consanguineorum esse fugiendas, quia Ecclesiasticis institutionibus inveniuntur terminatæ, quamvis non inveniuntur prohibitæ in Euangelicis, vel Apostolicis præceptis. quibus verbis docet seruandum esse, quod ab Ecclesiâ est statutum, licet de cætero non sit à Christo præ-

ceptum, vt continentia sacerdotum. Adde videri probabilem quorundam lectionem, quæ confirmat responsum, scilicet: Ecclesia post Apostolica instituta quædam consilia perfectionis addidit.

De sancto matrimonij Sacramento.



VNC tractatum in aliquot quæstiones partiemur. antequam autem de matrimonio agamus, vt est Sacramentum, præmittenda quæstio de eodem, vt est naturæ officium. itaque

QVÆSTIO I.

De matrimonio, vt est quoddam officium naturæ.

DVBIVM I.

Quid sit matrimonium?



EGE 1. ff. de ritu nuptiarum, nuptiæ definiuntur: *Coniunctio maris, & feminae, & consortium omnis vite.* quæ definitio repetitur Institutionibus de patriâ potestate. §. 1. vbi dicitur: *Nuptiæ, siue matrimonium est viri, & mulieris coniunctio inducundæ vitæ a consuetudinem continens.* quam definitionem etiam adfert Alexander 3. cap. illud, de præsumptionibus, & approbant communiter Theologi & Iuriconsulti. iuxta quæ iura Matrimonium potest definiti: *Coniunctio maritalis viri, & feminae inducendam vitæ consuetudinem continens, seu retinens.* pro cuius intelligentiâ

Notandum, matrimonium sumi dupliciter, vno modo pro statu; seu vinculo permanente inter virum, & feminam, altero pro contractu, ex quo huiusmodi vinculum oritur. Matrimonium in definitione priori modo sumitur. vocatur autem coniunctio, id est vinculum per modum cuiusdam permanentis: nam quatuorvis variâ inueniuntur in matrimonio partim antecedentia, vt voluntas & consensus exterioris sufficienter expressus, per quem inducitur vinculum, item translatio corporum, per quam corpus vnus transfertur in potestatem alterius, inueniuntur etiam extrema coniunctionis, scilicet mas, & femina; partim consequentia vt legitimus vsus matrimonij, generatio prolis, eiusdem educatio &c. matrimonium tamen formaliter spectatum per modum status consistit in huiusmodi vinculo permanente. Dicitur etiam, *maritalis*, quo designatur specialis ratio huius vinculi, quod scilicet eo tendat, vt vir sit maritus, & mulier vxor, seu ad commercium maritale, per quod officium vinculum maritale ab omni alio distinguitur: v. g. à societate militari, mercaturæ, ciuili &c. cum hæc, & similes coniunctiones, & vincula alios fines respiciant. Dicitur etiam inducendam vitæ consuetudinem retinens, seu consortium omnis vite, quibus verbis rursus designatur conditio, per quam hoc vinculum ab alijs humanis societatibus distinguitur. cæteræ enim societates humanæ voluntate sunt dissolubiles, maritalis verò

coniunctio